[μα'. Περὶ στρουθίου.] Στρουθίου τῇ ῥίζῃ μάλιστα χρώμεθα δριμείᾳ μὲν οὔσῃ κατὰ τὴν γεῦσιν, θερμῇ δὲ καὶ ξηρᾷ κατὰ τὴν κρᾶσιν, ἐκ τῆς τετάρτης δήπου τάξεως. ἔστι δὲ καὶ ῥυπτικὴ καὶ ἐρεθιστικὴ, διὰ τοῦτο καὶ πταρμοὺς κινεῖ τοῖς ἄλλοις ὡσαύτως, ὅσα δριμέα τ' ἐστὶ γευόμενα καὶ θερμὰ ταῖς κράσεσιν.

[μβ'. Περὶ στύρακος.] Στύραξ θερμαίνει, μαλάττει, συμπέττει, διὸ καὶ βῆχας καὶ κατάῤῥους καὶ κόρυζας καὶ βράγχους ὀνίνησιν, ἔμμηνά τε προτρέπει πινόμενόν τε

roborareque tum viscera omnia, tum totum corpus est natum. Supra namque ostensum est, quod quae ex ejusmodi essentiis constant medicamenta, dictos effectus reddere possint.

[40. *De stratiote.*] Stratiotes aquaticus quidem, humida et frigida facultate est, terrestris vero nonnihil habet astrictionis, proinde sane et vulnera glutinare potest et ulceribus esse utilis. Sunt qui eo et ad sanguinis eruptiones utantur et ad fistulas.

[41. *De struthio.*] Struthii radice potissimum utimur, utpote gustu acri et calida siccaque temperamento ex quarto quodammodo ordine. Sed et abstergit et irritat, proinde quoque sternutationem provocat, ceu caetera omnia quae calida sunt temperie et gustu acria.

[42. *De styrace.*] Styrax calefacit, emollit, concoquit. Quamobrem tussibus catarrhis pituitae destillationibus raucedinibusque prodest. Tum menses ciet potum seu

καὶ προστιθέμενον, ἡ δὲ λιγνὺς καυθέντος αὐτοῦ παραπλησία πώς ἐστι τῇ τοῦ λιβάνου.

[μγ΄. Περὶ σύκων.] Σῦκα τὰ μὲν ξηρὰ θερμὰ τὴν δύναμίν ἐστι, κατὰ τὴν πρώτην που τάξιν ἤδη συμπληρουμένην, ἢ τὴν δευτέραν ἀρχομένην, ἔχει δέ τι καὶ λεπτομερές. ἐξ ἀμφοῖν τούτων ἱκανὰ συμπέπτειν ἐστὶ τοὺς σκληροὺς τῶν ὄγκων, εὐθὺς δ᾽ αὐτοὺς διαφορεῖ. καὶ αὐτὰ μὲν οὖν καθ᾽ ἑαυτὰ καταπλασσόμενα τοιαύτης ἐστὶ δυνάμεως. καὶ τὸ ἀφέψημα δ᾽ αὐτῶν ὁμοίας ὑπάρχει φύσεως. χρὴ δὲ ὅπου καὶ συμπέψαι βούλει μᾶλλον, πύρινον ἄλευρον μιγνύειν, ὅπου δὲ διαφορῆσαι, κρίθινον. ὁ δὲ ἄρτος ἐν τῷ μέσῳ τούτων ἐστίν. ἀλλὰ μὲν τοιαῦτα τῆς περὶ φαρμάκων συνθέσεώς ἐστι καὶ τῆς θεραπευτικῆς οἰκειότερα μεθόδου. πρὸς δὲ τὸ παρὸν ἀρκεῖ καὶ ταῦτα γινώσκειν ὑπὲρ ἰσχάδων. εἰδέναι δὲ καὶ ὡς αἱ μὲν ῥυπαρώτεραι πέπτειν μᾶλλον, αἱ δριμύτεραι δ᾽ ἐν τῷ γεύεσθαι ῥύπτειν τε καὶ διαφορεῖν πεφύκασι, τὸ δ᾽ ἐπιπλεῖστον αὐτῶν ἑψηθεισῶν ἐν ὕδατι γιγνόμενον ὅμοιόν ἐστιν οὐ τὴν σύστασιν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν

admotum prolicit. Combusti ejus fuligo thuris fuligini quodammodo est similis.

[43. *De sycis, ficis.*] Fici aridi vim habent calefaciendi ordine primo etiam completo, aut secundo incipiente. Habent vero et partium tenuitatem quandam. Ex istis duobus idonei sunt, qui tubercula dura concoquant, statim vero etiam ea digerunt. Atque ipsi per se illiti ejusmodi vim obtinent. Sed et decoctum eorum ejusdem utique naturae est. Verum ubi magis concoquere consilium est, miscenda est farina triticea, ubi vero plus digerere, hordeacea, panis horum in medio. Sed haec magis sunt propria tractatus de medicamentorum compositione et rationis curandi, verum in praesentia haec de caricis novisse sufficiat. Porro scire oportet, quod qui pinguiores sunt, magis possunt concoquere, qui vero gustu acriores, magis tum extergere, tum digerere. Caeterum quod ex iis plurimum in aqua coctis efficitur, simile est melli non solum consistentia, sed et sa-

δύναμιν. μέλιτι. τὰ δὲ χλωρὰ σῦκα ἐσθιόμενα διὰ τὴν ἐπιμιξίαν τῆς ὑγρότητος ἀσθενεστέρας ἐστὶ δυνάμεως, ὑπάγει μέντοι κοιλίαν ἄμφω, καὶ τὰ ὑγρὰ καὶ τὰ ξηρά. τὰ δὲ τῶν ἐρινεῶν σῦκα δριμείας ἐστὶ καὶ διαφορητικῆς δυνάμεως. οὕτω δὲ καὶ τῶν ἡμέρων οἱ ὄλυνθοι, μετέχουσι γὰρ ἔτι τοῦ τῆς συκῆς ὀποῦ.

(111) [μδ'. Περὶ συκῆς.] Συκῆ θερμῆς καὶ λεπτομεροῦς ἐστι κράσεως, ὡς ὅ τε ὀπὸς αὐτῆς δηλοῖ καὶ τῶν φύλλων ὁ χυλός. ἰσχυρῶς γὰρ ἑκάτερον αὐτῶν ἐστι θερμὸν, ὥστε οὐδὲ δάκνει μόνον ἢ ῥύπτει σφοδρῶς, ἀλλὰ καὶ ἕλκοῖ καὶ ἀναστομοῖ καὶ μυρμηκίας ἐκβάλλει. ἔστι δὲ καὶ καθαρτικόν. ὁ δὲ τῆς ἀγρίας συκῆς, ἣν ἐρινεὸν ὀνομάζουσιν, ὀπός τε καὶ χυλὸς ἰσχυρότερος εἰς ἅπαντα τοῦ τῆς ἡμέρου. καὶ αἱ κράδαι δ' αὐτῶν οὕτως εἰσὶ θερμαὶ καὶ λεπτομερεῖς τὴν κρᾶσιν ὥστε καὶ τοῖς βοείοις κρέασι τοῖς σκληροῖς ἑψομένοις ἐμβαλλόμεναι τακερὰ ποιοῦσιν αὐτά.

[233] [με'. Περὶ συμφύτου πετραίου.] Σύμφυτον πετραῖον ἐξ ἐναντίων σύγκειται δυνάμεων. ἔχει μὲν γάρ τι καὶ

cultate. Porro ficus virides comesi propter admixtam humiditatem facultatis sunt imbecillioris, subducunt tamen alvum utrique tum humidi, tum sicci. Porro ficus caprifici acris et discutientis facultatis sunt. Sic etiam domesticorum grossi, inest enim illis nonnihil etiam succi ex ficu arbore.

[44. *De ficu arbore.*] Ficus arbor calidae tenuiumque partium temperiei est, ceu indicant tum liquor ejus tum foliorum succus. Valenter enim eorum uterque calidus est. Itaque non mordicat tantum aut vehementer abstergit, sed et ulcera et ora vasorum reserat et verrucas, quas myrmecias vocant ejicit, sed et purgare potest. Porro ficus agrestis, quam caprificum nominant, tum liquor tum succus ad omnia quam sativae valentior est. Sed et rami earum adeo sunt calidi tenuiumque partium, ut carnes bubulas duras, si coquendis adjiciantur, friabiles ac teneras efficiant.

[45. *De symphyto petraeo.*] Symphytum petraeum ex contrariis constat viribus, habet enim incidendi vim

τμητικὸν, ᾧ καὶ τὸ περιεχόμενον ἐν θώρακι καὶ πνεύμονι πῦον ἐκκαθαίρειν πέφυκεν. ἔχει δέ τι καὶ συνακτικὸν, ᾧ καὶ πρὸς τὰς τοῦ αἵματος ἀναγωγὰς ἐπιβοηθεῖ, καὶ τρίτην ἐν αὐτοῖς ὑγρότητά τινα θερμὴν οὐκ ἀμέτρως, δι᾽ ἣν καὶ γλυκὺ φαίνεται γευομένοις καὶ ἡδὺ πρὸς τὴν ὄσφρησιν. ἄδιψον δ᾽ ἐστὶ διαμασώμενον καὶ τὰς ἐν ἀρτηρίᾳ τραχύτητας ἰᾶται. κατὰ δὲ τὴν ἐξ ἁπασῶν τῶν εἰρημένων δυνάμεων μίξιν ἅμα τε καὶ διαφορεῖν ἱκανόν ἐστιν καὶ συνάγειν καὶ σφίγγειν τὰ σώματα, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ταῖς ἐντεροκήλαις ἐπιτίθεται καὶ πρὸς σπάσματα καὶ ῥήγματα σὺν ὀξυμέλιτι πίνεται. ὅσοι δ᾽ αὐτὸ καὶ πρὸς δυσεντερίαν καὶ ῥοῦν ἐρυθρὸν, ἕψοντες ἐν οἴνῳ διδόασιν, ὡς ξηραίνοντί τε καὶ συνάγοντι χρῶνται, καὶ ὅσοι πρὸς νεφρῖτιν, ὡς ἐκκαθαίροντι καὶ τέμνοντι.

[μστ΄. Περὶ συμφύτου τοῦ μεγάλου.] Σύμφυτον ἕτερον τὸ μέγα παραπλησίας ἐστὶ τῷ προειρημένῳ δυνάμεως, οὐ μὴν γλυκὺ γευομένοις οὐδὲ εὐῶδες ὀσμωμένοις φαίνεται, ἀλλὰ κατὰ ταῦτα μὲν ἀποκεχώρηκεν τοῦ προγεγραμμένου·

quampiam, qua collectum in thorace pulmoneque pus expurgare potest, habetque etiam quandam contrahendi vim, qua ejectionibus sanguinis auxiliatur, et tertia ad eas inest humiditas quaedam non immodice calida, per quam gustantibus dulce apparet et odoratu jucundum. Mansum sitim extinguit, et arteriae asperitates sanat. Porro secundum omnium dictarum facultatum mixtionem simul discutere abunde potest, simulque corpora contrahere constringereque, proinde enterocelis imponitur, et ad convulsa et rupta cum oxymelite bibitur. Porro qui ipsum in vino decoctum ad dysenteriam exhibent et muliebre profluvium rubrum, utuntur tanquam desiccante et contrahente, qui vero ad nephritim, tanquam expurgante et incidente.

[46. De symphyto magno.] Symphytum alterum, puta magnum, similem dicto vim habet, non tamen gustantibus dulce est, aut odorantibus odoratum, sed his sane a modo scripto diversum est. Caeterum quatenus viscositatem

καθὸ δὲ γλίσχρον τι καὶ δακνῶδες ἔχει, σκίλλῃ παραπλήσιον ὑπάρχει. χρῶνται δ' αὐτῷ πρὸς ὅσα τῷ προειρημένῳ.

[μζ. *Περὶ σφονδύλου.*] *Σφονδύλου* ὁ μὲν καρπὸς δριμείας ἐστὶ καὶ τμητικῆς δυνάμεως, ὥστε καὶ πρὸς ἄσθμα καὶ πρὸς ἐπιληψίαν ἀγαθόν ἐστι φάρμακον. ὀνίνησι δὲ καὶ τοὺς ἰκτερικούς. καὶ ἡ ῥίζα δὲ παραπλησίας ὑπάρχουσα δυνάμεως ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἁρμόττει, προσέτι δὲ καὶ τοὺς ἐκ συριγγώδων τύλους ἀφαιρεῖ, χρὴ δὲ περιξύσαντας ἐντιθέναι. καὶ τοῦ ἄνθους δὲ ὁ χυλὸς ἀποτίθεται, τοῖς κατὰ τὰ ὦτα χρονιωτέροις ἕλκεσιν ἁρμόττων.

[μη. *Περὶ σχίνου.*] *Σχῖνος* ὁ θάμνος οὗτος ἐξ ὑδατώδους οὐσίας ἠρέμα θερμῆς τῇ δυνάμει καὶ γεώδους ψυχρᾶς, οὐ πολλῆς σύγκειται, δι' ἣν καὶ στύφει μετρίως. ξηραίνει μὲν οὖν κατὰ τὴν δευτέραν τάξιν ἤδη συμπληρουμένην, ἢ τὴν τρίτην ἀρχομένην, ἐν δὲ τῇ κατὰ θερμότητα καὶ ψυχρότητα διαφορᾷ μέσος πώς ἐστι καὶ σύμμετρος. ὁμοίαν δὲ ἐν ἅπασιν ἔχει τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσι τὴν στύψιν, ἐν ῥίζαις, ἐν κλάδοις, ἐν ἀκρέμοσιν, ἐν βλαστοῖς, ἐν φύλλοις, ἔτι δὲ καρπῷ τε καὶ φλοιῷ. καὶ εἰ χυλὸν δ' ἐκ τῶν φύλλων αὐ-

quandam et mordacitatem obtinet, ſcillae ſimile eſt. Utrumque ad omnia, ad quae jam dicto.

[47. *De ſphondylio.*] Sphondylii fructus acris et incidentis eſt facultatis. Itaque ad aſthma et comitialem morbum aptum eſt medicamentum. Prodeſt et aurigini. Et radix nimirum ſimilis facultatis ad eadem accommodatur. Sed et inſuper fiſtularum callos tollit, caeterum imponere eam oportet circumraſam. Porro floris etiam ſuccus ad diuturniora aurium ulcera conveniens reponitur.

[48. *De ſchino, lentiſco.*] Lentiſcus. Frutex hic ex aquea eſſentia leviter calida viribus et terrena frigida non multa compoſitus eſt, ob quam moderate aſtringit. Deſiccat igitur ſecundo ordine completo aut tertio incipiente, in caliditatis et frigiditatis differentia quodammodo eſt medius et moderatus. Similem omnibus ſuis partibus aſtrictionem obtinet in radicibus, ramis, extremis turionibus, germinibus ac foliis, praeterea fructu et cortice, ac ſi ſuccum ex foliis

τοῦ χλωροῦ ἐκθλίψαις, ὁμοίας μὲν καὶ οὗτός ἐστι τάξεως στύφων μετρίως, ὅθεν καὶ πίνεται καθ' ἑαυτήν τε καὶ σὺν τοῖς ἄλλοις φαρμάκοις, ὅσα δυσεντερίας τε καὶ κοιλιακὰς διαθέσεις ἰᾶται. καὶ μὲν δὴ καὶ πρὸς τὰς τοῦ αἵματος πτύσεις καὶ τὰς ἐκ μήτρας αἱμοῤῥαγίας καὶ προπτώσεις ἕδρας τε καὶ ὑστέρας ἐπιτήδειός ἐστιν ἐγγύς τι τῆς ὑποκυστίδος ὑπάρχων.

[μθ'. Περὶ σχίνου ἄνθους.] Σχίνου ἄνθος θερμαίνει μετρίως καὶ στύφει μετρίως ἔτι καὶ τῆς λεπτομεροῦς φύσεως οὐκ ἀπήλλακται. [234] τοιγάρτοι διὰ ταῦτα καὶ οὐρητικόν ἐστι τὸ φάρμακον καὶ καταμηνίων ἀγωγὸν, ἐν πυρίαις τε καὶ πόμασι παραλαμβανόμενον. ὠφελεῖ δὲ καὶ τὰς καθ' ἧπαρ καὶ στόμαχον καὶ κοιλίαν φλεγμονάς. ἔστι δ' αὐτοῦ στυπτικωτέρα μὲν ἡ ῥίζα, τὸ δὲ καλούμενον ἄνθος θερμότερον. ἐν ἅπασι δὲ τοῖς μορίοις αὐτοῦ, τοῖς μὲν μᾶλλον, τοῖς δ' ἧττον, ἐμφαίνεταί τι γευόμενον στύψεως, δι' ἣν καὶ πρὸς τοῖς αἱμοπτυϊκοῖς διδομένοις μίγνυται φαρμάκοις.

[ν'. Περὶ σχοίνου λείας, ὀξυσχοίνου καὶ ὁλοσχοίνου.] Σχοίνου ἡ μὲν λεία, ἡ δ' ὀξύσχοινος, ἡ δ' ὁλόσχοινος ὀνο-

ejus viridibus exprimas, ſimilis hic ordinis eſt moderate aſtringens. Itaque bibitur et per ſe et cum aliis medicamentis, quae dyſenterias et coeliacos affectus ſanant, quin et ad ſanguinis expuitiones, ſanguinisque ex utero eruptiones, tum ſedis vulvaeque procidentias idoneus eſt, utpote ad hypocyſtida nonnihil prope accedens.

[49. *De ſchini flore.*] Schini flos modice calefacit, modiceque etiam aſtringit, nec plane a tenuitatis natura alienus eſt. Quocirca his de cauſis urinam movet menſesque ciet adhibitum ſive in fomentationem ſive in potionem. Prodeſt et jecoris et ſtomachi ac ventris phlegmonis. Magis eo aſtringit radix. Quod vero florem vocant calidius eſt. Porro in omnibus ſuis partibus, in aliis magis in aliis minus, guſtantibus apparet aſtrictio, proinde medicinis quae ſanguinem rejicientibus exhibentur commiſcetur.

[50. *De ſchoeno laevi, acuto et mariſco.*] Juncus alius laevis, alius acutus, alius mariſcus. Gracilior du-

μάξεται. ἰσχνοτέρα μὲν καὶ σκληροτέρα ἡ ὀξύσχοινος, παχυτέρα δὲ καὶ χαυνοτέρα ἡ ὁλόσχοινος. ὁ καρπὸς δὲ τῆς ὁλοσχοίνου μὲν ὑπνωτικός, τῆς δ' ὀξυσχοίνου δύο εἰσὶν εἴδη· τὸ μὲν ἄκαρπον, οὗ χρῆσις οὐδεμία πρὸς τὰς ἰάσεις, τὸ δ' ἕτερον καρποφόρον· ὑπνώδης δὲ καὶ ταύτης ὁ καρπὸς, ἀλλ' ἧττον ἢ τῆς ὁλοσχοίνου. ἔστι μὴν οὗτος καὶ κεφαλαλγής. ἀμφότεροι δὲ εἰ φρυγέντες μετ' οἴνου πίνοιντο, τά κατὰ τὴν γαστέρα ξηραίνουσι ῥεύματα καὶ ῥοῦν τὸν ἐρυθρὸν ἐπέχουσιν. ἐξ ὧν δῆλον ὡς ἡ κρᾶσις αὐτῶν ἐστι σύνθετος ἐκ γεώδους οὐσίας ἀτρέμα ψυχρᾶς καὶ ὑδατώδους ἀτρέμα θερμῆς, ἵνα ξηραίνειν τε τὰ κάτω δύνωνται καὶ πρὸς τὴν κεφαλὴν ἀτμοὺς ἀναπέμπειν ἠρέμα ψυχροὺς, οἷς καὶ ὑπνώδεις ἐργάζονται.

Κεφ. ιθ'. [α'. Περὶ τερμίνθου.] Τερμίνθου καὶ ὁ φλοιὸς καὶ τὰ φύλλα καὶ ὁ καρπὸς ἔχουσί τι στυπτικόν· ἀλλὰ καὶ θερμαίνουσι κατὰ τὴν δευτέραν τάξιν, ὥστ' ἤδη δῆλον ὡς καὶ ξηραίνουσι πρόσφατοι μὲν ὑπάρχοντες ἔτι καὶ ὑγροὶ μετρίως, ξηρανθέντες δὲ κατὰ τὴν δευτέραν τάξιν. ὅς

riorque oxyfchoenus acutus, craffior laxiorque holofchoenus marifcus. Fructus holofchoeni fomnum affert. At oxyfchoeni duae funt fpecies; altera fterilis, cujus quidem in medicina nullus ufus eft, altera vero fructum fert, conciliat vero et hujus fructus fomnum, fed minus quam holofchoeni, quanquam tamen hoc caput tentet. Uterque fi fructus cum vino bibatur, ventris fluxus ficcat et muliebre profluvium rubrum fiftit. Ex quibus clarum eft, quod compofita eorum temperies eft, ex terrena videlicet effentia leviter frigida et aquea leviter calida, ut et inferna deficcare poffint et fenfim frigidos ad caput vapores fubmittere, quibus fomnolentos efficiant.

Cap. XIX. [I. De terebintho.] Terebinthi tum cortex tum folia tum fructus aftrictorium quiddam obtinent. Sed et fecundo ordine calefaciunt. Itaque quod etiam deficcent manifeftum eft, recentes quidem etiamnum humidique modice, ficci vero ordine fecundo. Caeterum

δὲ καρπὸς ὁ ξηρὸς ἐγγὺς καὶ τῆς τρίτης ἐστὶ τάξεως τῶν ξηραινόντων. ἔστι γὰρ οὕτω θερμὸς ὡς καὶ τοῖς μασσωμένοις εὐθὺς εὔδηλον γίνεσθαι τὴν θερμότητα, ταῦτ' ἄρα καὶ οὐρητικά ἐστι καὶ σπλῆνας ὀνίνησι.

[β'. Περὶ τεύτλου.] Τεῦτλον νιτρώδους τινὸς μετείληφε δυνάμεως, ᾗ καὶ ῥύπτει καὶ διαφορεῖ καὶ διὰ ῥινῶν καθαίρει. ἑψηθὲν δὲ τὸ μὲν νιτρῶδές τε καὶ δριμὺ πᾶν ἀποτίθεται, γίγνεται δ' ἀφλεγμάντου δυνάμεως καὶ ἀτρέμα διαφορητικῆς. ἰσχυρότερον δ' εἴς τε τὸ ῥύπτειν καὶ διαφορεῖν ἐστι τὸ λευκὸν τεῦτλον, ὡς τό γε μέλαν ἔχει τι καὶ στύψεως καὶ μᾶλλον κατὰ τὴν ῥίζαν ἤπερ τὰ ἄλλα μόρια.

[γ'. Περὶ τευκρίου.] Τεύκριον τμητικῆς καὶ λεπτομεροῦς ἐστι δυνάμεως, ὅθεν καὶ σπλῆνας ἰᾶται. καὶ θείη ἄν τις αὐτὴν ἐν τρίτῃ μὲν τάξει τῶν ξηραινόντων, τῇ δευτέρᾳ δὲ τῶν θερμαινόντων.

(112) [δ'. Περὶ τέφρας.] Τέφρα τῶν κεκαυμένων ξύλων τὸ λείψανον οὕτω προσαγορεύεται, σύνθετον ὑπάρχον ἐξ ἐναντίων οὐσιῶν τε καὶ ποιοτήτων. ἔχει γὰρ ἐν αὐτῇ

fructus aridus propinquus eſt etiam tertio ordine deſiccantium, eſt enim adeo calidus ut mandentibus protinus ejus caliditas percipiatur. Itaque etiam urinam provocat et lienibus prodeſt.

[2. *De teuthlo, beta.*] Beta nitroſae cujusdam facultatis particeps eſt, qua tum diſcutit tum extergit et per nares purgat. Caeterum cocta nitroſitatem omnem, ac acrimoniam exuit, fitque facultatis phlegmonis adverſae leviter digerentis. Porro ad detergendum digerendumque validior beta alba, nam nigra adjunctum habet aſtrictionis quippiam et magis in radice quam aliis partibus.

[3. *De teucrio.*] Teucrium incidendi et tenuium partium facultatis eſt, quare lienes ſanat, ponatque ipſum quispiam in tertio exiccantium, ſecundo vero calefacientium.

[4. *De tephra, cinere.*] Cinis. Combuſtorum lignorum reliquiae ſic nuncupantur, compoſitae ex contrariis tum qualitatibus tum ſubſtantiis. Habet enim in ſe partim ter-

τὸ μέν τι γεῶδες, τὸ δ' οἷον αἰθαλῶδες ἢ λιγνυῶδες ἢ ὅπως ἂν ἐθέλῃ τις καλεῖν. [235] ταυτὶ μὲν οὖν τὰ μόρια λεπτομερῆ τ' ἐστὶ καὶ βρεχομένης ὕδατι τῆς τέφρας καὶ διηθουμένης συναποφέρεται, ὅσον δ' ὑπολείπεται γεῶδες, ἀσθενὲς καὶ ἄδηκτον γίγνεται ἐν τῇ κονίᾳ τὴν θερμὴν δύναμιν ἀποτιθέμενον. οὐχ ἅπασα δὲ τέφρα τὴν αὐτὴν ἀκριβῶς ἔχει κρᾶσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν τῆς καυθείσης ὕλης διαφορὰν ὑπαλλάττεται. Διοσκορίδης δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως στυπτικὴν αὐτὴν ἔχειν φησὶ τὴν δύναμιν. καίτοι γε ἡ συκίνη πάσης ἀπήλλακται τοιαύτης ποιότητος, ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ δένδρον οὐχ ὥσπερ δρῦς καὶ πρῖνος καὶ κόμαρος καὶ φηγὸς καὶ σχῖνος καὶ κισσὸς, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα, τὴν στρυφνὴν ἐπιφαίνει ποιότητα κατ' οὐδὲν ἑαυτοῦ μέρος, ἀλλ' ἔστιν ὅπου πλῆρες ὅλον ἰσχυροῦ καὶ θερμοῦ καὶ δριμέος. ἐκ μὲν δὴ τῶν στρυφνῶν ξύλων ἡ τέφρα στυπτικὸν οὐκ ὀλίγον ἔχει, καὶ ἔγωγέ ποτε δι' αὐτῆς ἐπισχὼν αἱμοῤῥαγίας οἶδα, μηδενὸς ἑτέρου παρόντος φαρμάκου. τῇ συκίνῃ δ' οὐκ ἄν τις εἰς τοῦτο χρήσαιτό ποτε, πολὺ γὰρ αὐτή γε τὸ δριμὺ καὶ τὸ καυστικὸν

reum, partim velut favillofum, five fuliginofum, five quomodocunque quis appellare volet. Atque hae fane partes funt tenuium partium et quae maceratis aqua cineribus et percolata una afportantur atque abeunt, quod vero reliquum eft, terreum eft et infirmum et morfu vacans, in lixivium calida facultate depofita. Sed non omnis cinis eadem temperie praeditus eft, fed pro combuftae materiae diverfitate variatur. At nefcio quo pacto Diofcorides omnes cineres aftringendi habere vim prodiderit, quum ficulneus ejusmodi omnis qualitatis fit expers, utpote quum et ipfa arbor nulla fua parte acerbam qualitatem praeferat, ceu quercus, ilex, arbutus, fagus, lentifcus, hedera et hoc genus alia, verum plena fucco valido tota fit, eoque acri et calido. Ergo ex acerbis utique lignis factus cinis non parum aftringit, meminique me quandoque, quum aliud ad manum non effet medicamentum, per hunc fanguinis fuppreffiffe eruptionem. Verum nullus unquam ad tale uti ficulneo

ἔχει τῷ ῥυπτικῷ μεμιγμένον καὶ κατ' ἄμφω διενήνοχε τῆς ἐκ τῶν δρυΐνων ξύλων, ὅτι τε τὸ αἰθαλῶδες ἐν αὐτῇ πολλῷ δριμύτερόν ἐστι καὶ ὅτι τὸ οἷον γεῶδες, ἐν ἐκείναις μὲν ὑποστῦφόν πώς ἐστιν, ἐν ταύτῃ δὲ ῥυπτικὸν, ὥσπερ ἐν τῇ τῶν τιθυμάλλων. ἔστι δὲ καὶ ἡ τίτανος εἶδός τι τέφρας, λεπτομερεστέρα μὲν οὖσα τῆς ἐκ τῶν ξύλων, παρ' ὅσον ἀκριβέστερον οἱ λίθοι κατοπτᾶσθαι δέονται πρὸς τὸ γενέσθαι τέφραν, ὅμως μὴν ἔχουσα καὶ αὐτὴ τὸ οἷον ἐμπύρευμα πολύ. καὶ διὰ τοῦτο πλυθεῖσα ξηραντικὸν ἀδήκτως γίνεται φάρμακον, καὶ μᾶλλον, εἰ δὶς ἢ καὶ τρὶς πλυθείη. διαφορητικὴ δ' ἱκανῶς γίνεται θαλάσσῃ πλυθεῖσα. λεχθήσεται δὲ ὑπὲρ αὐτῆς κἀπειδὰν περὶ τῶν μεταλλευομένων ὁ λόγος ἡμῖν γίγνηται.

[ε'. Περὶ τηλεφίου.] Τηλέφιον ξηραντικῆς ἐστι καὶ ῥυπτικῆς δυνάμεως, οὐ μὴν ἐπιφανῶς γε θερμῆς, ἀλλὰ κατὰ τοῦτ' ἄν τις ἴσως αὐτὸ θείη τῆς πρώτης τάξεως. ξηραίνει μέντοι κατὰ τὴν δευτέραν ἐπιτεταμένην, ἢ τὰ πρῶτα τῆς

audeat, siquidem hic acrimoniae multum adurentisque facultatis obtinet mixtae abstersioni, et utroque differt ab eo, qui ex quercinis lignis conficitur, tum quod in eo fuligineum multo est acrius, tum quod illis terrenum quodammodo subastringens est, in hac abstergens, veluti in cinere tithymallorum. Est et calx cineris quaedam species, caeterum essentiae tenuiorum partium, quam qui ex lignis fit, nimirum quanto lapides exactius torreri, ut cinis fiant, postulant. Sed tamen multas et ipsa reliquias in se habet naturae igneae. Proinde elota medicamentum est citra morsum desiccans, magisque si bis terve lavetur. Caeterum si marina aqua abluta sit, admodum discutit. Dicetur porro de ea, ubi de metallicis sermo habebitur.

[5. *De telephio.*] Telephium exiccandi et detergendi facultate est praeditum, non tamen insigniter calida; verum in hoc forsan quispiam ipsum primi esse ordinis censeat. Desiccat tamen secundo ordine intenso aut certe principio

Ed. Chart. XIII. [235.] Ed. Baf. II. (112.)
τρίτης. καὶ διὰ τοῦτο πρός τε τὰ σηπεδονώδη τῶν ἑλκῶν ἁρμόττει καὶ λεύκας καὶ ἀλφοὺς ἰᾶται σὺν ὄξει.

[στ'. Περὶ τήλεως.] Τῆλις θερμὴ μέν ἐστιν ἐκ τῆς δευτέρας τάξεως, ξηρὰ δ' ἐκ τῆς πρώτης, καὶ διὰ τοῦτο τὰς μὲν ζεούσας φλεγμονὰς παροξύνει, τὰς δ' ἧττον θερμὰς καὶ ὅσαι σκιῤῥωδέστεραι διαφοροῦσα θεραπεύει.

[ζ'. Περὶ τιθυμάλλων.] Τιθύμαλλοι πάντες ἐπικρατοῦσαν μὲν ἔχουσι τὴν δριμεῖαν καὶ θερμὴν δύναμιν. ὑπάρχει δ' αὐτοῖς καὶ πικρότης. ἰσχυρότατος μὲν οὖν αὐτῆς ὁ ὀπὸς, ἐφεξῆς δὲ ὅ τε καρπὸς καὶ τὰ φύλλα. μετέχει δὲ καὶ ἡ ῥίζα τῶν εἰρημένων δυνάμεων, ἀλλ' οὐκ ἐπίσης. αὐτὴ μὲν οὖν ἑψομένη σὺν ὄξει τὰ τῶν ὀδόντων ἀλγήματα καὶ μάλισθ' ὅσα βιβρωμένοις αὐτοῖς γίνεται θεραπεύει. οἱ δὲ ὀποὶ σφοδροτέραν ἔχοντες δύναμιν εἰς μὲν τὸ τρῆμα τῶν ὀδόντων ἐντίθενται· τῶν δ' ἄλλων τοῦ σώματος εἰ ἅψαιντο μορίων εὐθὺς ἐπικαίρουσί τε καὶ ἑλκουσι, διόπερ ἔξωθεν αὐτοῖς περιπλάσσεται κηρός. εἰσὶ γὰρ ἐκ τῆς τετάρτης τάξεως τῶν θερμαινόντων, ἣν δὴ τῶν καυστικῶν ἔφαμεν ὑπάρχειν. οὕτως

tertii. Proinde ad putrida ulcera convenit et vitiliginem utramque fanat cum aceto.

[6. De teli, foenograeco.] Foenumgraecum calidum eft fecundi ordinis, ficcum primi. Proinde ferventes phlegmonas irritat acerbatque, quae vero minus funt calidae et magis durae, eas difcutiendo curat.

[7. De Tithymallis.] Tithymalli omnes vincentem habent acrem calidamque facultatem, ineft vero ipfis amaror, Validiffimus itaque eorum eft liquor; fecundum locum tenent fructus et folia. Sed et radix dictarum facultatum particeps eft, fed non ex aequo. Sane ipfa cum aceto decocta dolores fanat dentium, maxime qui illis erofis proveniunt, at liquores, ut qui valentiorem vim habeant, in foramina quidem ipfa dentium induntur, caeterum fi aliam corporis partem contigerint, continuo adurunt ulcerantque, proinde foris illis cera circumlinitur, quippe cum ex quarto fint calefacientium ordine, quem effe adurentium pofuimus, fic

δὲ καὶ τὰς τρίχας ἀφαιρεῖ περιχριόμενος ὁ ὀπός. ἐπεὶ δὲ σφοδρότερός ἐστιν, ἐλαίῳ μίγνυται· [236] καὶ εἰ πολλάκις τοῦτο γένοιτο, τελέως αἱ ῥίζαι τῶν τριχῶν ἀπόλλυνται καυθεῖσαι καὶ ψιλὸν αὐτῶν γίγνεται τὸ σῶμα. κατὰ δὲ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἀκροχορδόνας καὶ μυρμηκίας καὶ πτερύγια καὶ θύμους ἀφαιροῦσιν. ἀποῤῥύπτουσι δὲ καὶ λειχῆνας καὶ ψώρας, ὅτι καὶ τῆς ῥυπτικῆς αὐτοῖς μέτεστι δυνάμεως διὰ τὴν πικρότητα καὶ τὰ φαγεδαινικὰ τε τῶν ἑλκῶν καὶ τὰ ἀνθρακώδη καὶ τὰ γαγγραινώδη, διότι θερμαίνουσί τε σφοδρῶς καὶ ῥύπτουσιν, ὠφελεῖν πεφύκασιν, ἄν τις ἐν καιρῷ καὶ μέτρῳ χρώμενος αὐτοῖς τύχῃ. καὶ γὰρ οὖν καὶ συρίγγων τοὺς τύλους κατὰ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἐξαίρουσιν. ἅπαντα δὲ ταῦτα κατὰ γένος μὲν ὁμοίως, ἀσθενέστερον δὲ καὶ τὰ φύλλα καὶ ὁ καρπὸς ἐργάζεσθαι πεφύκασιν. οἷς δὴ καὶ πρὸς τοὺς ἐν τοῖς στασίμοις ὕδασιν ἰχθύας εἰώθασι χρῆσθαι. τάχιστα γὰρ ὑπ᾽ αὐτῶν σκοτωθέντες τε καὶ ἡμίθνητοι γενόμενοι, πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν ἀναφέρονται τοῦ ὕδατος. ἑπτὰ δὲ ὄντων αὐτῶν ἰσχυρότατος μὲν ὅ τε χαρακίας ὀνομαζόμενος, ὃν δὴ καὶ

pilos quoque succus inunctus tollit, porro quum vehementior sit oleo miscetur, et si id identidem ac saepe fiat, tandem prorsum pilorum radices adustae corrumpentur, corpusque depile reddetur. Eadem facultate verrucas, quas acrochordonas nominant et myrmecias et pterygia *oculorum ungues* et thymos auferunt, detergentque lichenas et psoras, quia scilicet et abstergendi facultas inest propter amarorem. Praeterea ulcerum phagedaenica, anthracode et gangraenode, quia valenter tum excalefaciunt tum detergunt, si in tempore et moderate utare, juvare aliquando poterunt. Verum enimvero et fistularum callos eadem facultate eximunt. Caeterum haec omnia genere quidem similiter, imbecillius tamen et folia et fructus praestare possunt. Quibus sane et ad pisces in aqua stagnali capiendos uti assolent. Celerrime namque ab illis in vertiginem acti, ac semimortui redditi, ad aquae superficiem feruntur. Porro quum septem sint eorum genera, valentissimus est quem characian nominant,

ἄῤῥενα προσαγορεύουσιν ἔνιοι καὶ ὁ θῆλυς ὁ μυρσινίτης καλούμενος καὶ ὁ ἐν ταῖς πέτραις ὁ δενδροειδής. ἐφεξῆς δὲ ὅ τε τῷ φλόμῳ προσεοικὼς καὶ ὁ κυπαρισσίας, εἶθ' οὕτως ὁ παράλιος, εἶτα ὁ ἡλιοσκόπος. κατὰ ἀναλογίαν δὲ τῆς εἰρημένης αὐτῶν δυνάμεως ἡ τέφρα καὶ ἡ ἀπ' αὐτῆς κονία.

[η'. Περὶ τραγακάνθης.] Τραγάκανθα παραπλησίαν ἔχει τῷ κόμμι δύναμιν, ἐμπλαστικήν τέ τινα καὶ δριμύτητα ἀμβλυτέραν. καὶ δὴ καὶ ξηραίνει παραπλησίως ἐκείνῳ.

[θ'. Περὶ τραγίου.] Τραγίου καὶ τὰ φύλλα καὶ ὁ καρπὸς καὶ τὸ δάκρυον ἑλκτικῆς τε καὶ διαφορητικῆς ἐστι δυνάμεως. ἔστι δὲ καὶ λεπτομερὲς καὶ θερμὸν τὴν δύναμιν ἐκ τῆς τρίτης ἤδη που τάξεως κατ' ἀρχάς. σκόλοπάς τε συνάγει καὶ λίθους θρύπτει καὶ καταμήνια κινεῖ δραχμῆς ὁλκῇ πινόμενον. γεννᾶται δ' ἐν Κρήτῃ μόνῃ τοῦτο τὸ τράγιον ἐοικὸς σχίνῳ. τὸ δ' ἕτερον τράγιον τὸ τούτου μικρότερον, οὗ τὰ φύλλα τῷ σκολοπενδρίῳ προσέοικε, φαίνεται μὲν πολλαχόθι, στυπτικῆς δ' οὐκ ὀλίγης μετέχον δυνάμεως, ὡς καὶ πρὸς τὰ ῥοώδη τῶν παθημάτων ἁρμόττειν.

quem utique etiam quidam marem cognominant, et foemina nuncupata myrsinites, et qui in petris nascitur ad modum arboris, deinceps qui phlomo assimilis est, et cyparissias, deinde marinus, denique heliofcopius. Proportione vero comprehensae illorum facultatis et cinis et lixivium ex ipsis erit.

[8. De tragacantha.] Tragacantha similem gummi vim obtinet emplasticam quandam et quae acrimoniam hebetat. Et sane similiter ut illud desiccat.

[9. De tragio.] Tragii folia fructus lachrymaque trahentis discutientisque sunt facultatis. Est vero et tenuium partium et facultate in principio tertii jam quoquo modo ordinis calida. Stipites et haerentia corporibus extrahit, lapides frangit, menses movet drachmae pondere potum. Porro in Creta sola nascitur lentisco assimile. Caeterum alterum tragium hoc minus cujus folia scolopendrio similia sunt visitur quidem multis in locis, sed non parum habet facultatis astringentis, ut et ad fluxionum affectus conveniat.

[ι'. Περὶ τραγοριγάνου.] Τραγορίγανος. ἐν τῷ περὶ ὀριγάνου λόγῳ πρόσθεν εἴρηται.

[ια'. Περὶ τριβόλου.] Τρίβολος ἐξ ὑγρᾶς οὐσίας μετρίως ψυχρᾶς καὶ ξηρᾶς, οὐ μετρίως καὶ ταύτης ψυχρᾶς συνέστηκεν. ἐπικρατεῖ δ' ἐν μὲν τῷ χερσαίῳ τὸ γεῶδες ψυχρὸν, ὅπερ καὶ στῦφον ἐδείξαμεν, ἐν δὲ τῷ ἐνύγρῳ, τὸ ὑδατῶδες καὶ διὰ τοῦτο ἀμφότερον καὶ πρὸς τὰς γενέσεις τῶν φλεγμονῶν καὶ ὅλως πρὸς ἁπάσας τὰς ἐπιῤῥοὰς ἁρμόττουσι. τοῦ δὲ χερσαίου λεπτομερὴς ὁ καρπὸς ὑπάρχων, τοὺς ἐν νεφροῖς λίθους θρύπτει πινόμενος.

(113) [ιβ'. Περὶ τριπολίου.] Τριπόλιον. ἡ ῥίζα δριμεῖα γευομένῳ καὶ θερμὴ τὴν δύναμίν ἐστι κατὰ τὴν τρίτην ἀπόστασιν.

[237] [ιγ'. Περὶ τριφύλλου.] Τρίφυλλον, οἱ δὲ ἀσφάλτιον, οἱ δ' ὀξύφυλλον, ἔνιοι δὲ μινυανθὲς, εἰσὶ δ' οἳ κνίκιον ὀνομάζουσιν· ἀπὸ μὲν τῶν συμβεβηκότων τῷ θάμνῳ τὰ πρῶτα τρία, τὰ δὲ ὑπόλοιπα δύο οὐκ οἶδ' ὁπόθεν. ἔστι δὲ ἡ δύναμις τοῦ φυτοῦ θερμὴ καὶ ξηρὰ κατὰ τὴν ἄσφαλτον, ᾗ παραπλήσιόν ἐστι κατὰ τὴν ὀσμὴν, τῆς τρίτης τάξεως κατ'

[10. De tragorigano.] De tragorigano in fermone de origano fupra eft dictum.

[11. De tribolo.] Tribolus ex humida effentia modice frigida et ficca non mediocriter et ipfa frigida componitur. In terreftri tamen fuperat terreum frigidum, quod aftringens oftendimus, in aquatico vero aqueum. Proinde ambo et contra phlegmonarum generationes et omnino contra omnes fluxus congruunt. Porro terreftris ipfius fructus, quum tenuium fit partium, potus lapides in renibus comminuit.

[12. De tripolio.] Tripolium. Radix guftanti acris eft et facultate calida in tertio exceffu.

[13. De triphyllo.] Triphyllum quidam afphaltion, quidam oxyphyllon, nonnulli minyanthes, funt et qui cnicium vocitent. Prima quidem tria ab accidentibus frutici, reliqua duo nomina haud fcio unde. Vis plantae eft calida et ficca ut bituminis, cui odore eft fimilis, utrinque tertio

Ed. Chart. XIII. [237.] Ed. Baf. II. (118.)
ἄμφω. καὶ διὰ τοῦτο πινόμενον καὶ πλευρῶν ἀλγήματα ἐπ' ἐμφράξεσιν ὀνίνησι καὶ οὖρα κινεῖ καὶ καταμήνια.

[ιδ'. Περὶ τριχομανοῦς.] Τριχομανὲς ὅσα περ ἀδίαντον δύναται.

[ιε'. Περὶ τρύχνου ἢ στρύχνου.] Τρύχνον, ἔνιοι δὲ μετὰ τοῦ σίγμα στρύχνον ὀνομάζουσι. τὸ μὲν ἐδώδιμον ἐν τοῖς κήποις φυόμενον ἅπαντες γινώσκουσι καὶ χρῶνται πρὸς ὅσα ψῦξαί τε καὶ στῦψαι δέονται. δύναται γὰρ ἄμφω ταῦτα κατὰ τὴν δευτέραν τάξιν. τῶν δ' ἄλλων τῶν οὐκ ἐδωδίμων τὸ μὲν ἁλικάκκαβον ὀνομάζεται, πυῤῥὸν ἔχον τὸν καρπὸν ἐοικότα ῥαγὶ σταφυλῆς κατὰ τὸ σχῆμα καὶ τὸ μέγεθος, ᾧ καὶ πρὸς τοὺς στεφάνους χρῶνται. τὸ δ' ἕτερον τὸ θαμνῶδες τὸ ὑπνωτικὸν καὶ τρίτον ἐστὶν ἐπ' αὐτοῖς, τὸ μανικόν. τὸ μὲν οὖν ἁλικάκκαβον ἐν τῇ τῶν φύλλων δυνάμει παραπλήσιον ὑπάρχει τῷ κηπευομένῳ τρύχνῳ, τὸν καρπὸν οὐρητικὸν ἔχον. διὸ καὶ πολλαῖς τῶν συνθέτων δυνάμεων, ὅσαι πρὸς ἧπαρ ἢ κύστιν ἢ νεφροὺς ἁρμόττουσι, μίγνυται. τοῦ δ' ὑπνωτικοῦ στρύχνου τῆς ῥίζης ὁ φλοιὸς μετ' οἴνου πινόμε-

ordine. Proinde pota laterum dolores ab obstructione natos juvat et urinam mensesque provocat.

[14. *De trichomane.*] Trichomanes eadem praestat quae adianthum.

[15. *De trychno, solano.*] Trychnon quidam praeposito S strychnum vocant. Esculentum quidem, quod in hortis nascitur, notum est omnibus, utunturque ad omnia ea quae refrigerari astringique postulant. Potest enim haec duo ordine secundo. Caeterorum non esculentorum unum quidem nuncupatur halicacabum fructum habens rufum, acino uvae tum figura tum magnitudine assimilem, quo et ad coronas utuntur, alterum vero fruticosum a conciliando somno hypnoticum, et tertium quod insaniam afferat, manicum appellitant. Halicacabum igitur in foliorum facultate hortensi solano simile est, fructum habens ciendae urinae idoneum, proinde compluribus facultatibus compositis quae ad jecur, ad vesicam et renes accommodantur adjungitur. Solani vero hypnotici cortex radicis si cum vino bibatur,

νος ὑπνωτικὸς ὑπάρχει, δραχμῆς σταθμῷ λαμβανόμενος. ἔστι δὲ καὶ εἰς τὰ ἄλλα τῷ τοῦ μήκωνος ὀπῷ παραπλήσιος, ἀσθενέστερος δ' εἰς τοσοῦτον ὡς τῆς τρίτης εἶναι τάξεως τῶν ψυχόντων, ἐκείνου κατὰ τὴν τετάρτην τεταγμένου. τὸ σπέρμα τούτου τοῦ τρύχνου δύναμιν οὐρητικὴν ἔχει. μανιῶδες δ' ἐστὶ, πλεόνων τῶν δώδεκα κορύμβων πινόμενον. τὸ δ' ὑπόλοιπον τῶν εἰρημένων τρύχνων ἄχρηστόν ἐστιν εἰς τὰς τῶν ἔνδον ἰάσεις. εἰ μὲν γὰρ τέτταρες δραχμαὶ ληφθεῖεν αὐτῶν, θάνατον ἐπιφέρουσιν, εἰ δ' ἐλάττους, μανίαν. ἄλυπος δ' ἡ μία, πλὴν οὐδ' αὐτή τι χρηστὸν ἔχουσα. ἔξωθεν δὲ τοῦ σώματος ἐπιπλασσομένου ἕλκη κακοήθη καὶ νομώδη θεραπεύει. ἄριστος δ' εἰς τοσοῦτον τῆς ῥίζης ὁ φλοιὸς, ξηραίνων μὲν κατὰ τὴν δευτέραν που τάξιν ἤδη συμπληρουμένην καὶ τρίτην ἀρχομένην, ψύχων δὲ κατὰ τὴν δευτέραν ἀρχομένην.

Κεφ. κ'. [α'. Περὶ ὑακίνθου.] Ὑακίνθου ἡ μὲν ῥίζα βολβοειδὴς ὑπάρχουσα τάξεώς ἐστι τῆς πρώτης μὲν ἐν τῷ ξηραίνειν, δευτέρας δὲ ἐν τῷ ψύχειν ἤδη που συμπληρουμένης ἢ καὶ τρίτης ἀρχομένης. ἀνήβους γοῦν ἐπιπλεῖστον

somnum accersit drachmae pondere sumptus. Sed et caetera quoque papaveris succo persimilis est, nisi quod hactenus imbecillior est, quod ipse tertii habeatur ordinis refrigerantium, quum hic positus sit in quarto. Hujus solani semen urinam ciendi facultatem habet. Caeterum si plus duodecim corymbis hauseris dementiam quoque asciscet. Porro quod reliquum est ex propositis solanis ad medicationes, quae intro in corpus adhibentur inutile est. Nam si quatuor ejus drachmae offerantur, mortem inferent, si pauciores, insaniam; una certe innoxie sumitur, caeterum nec ipsa utile quid obtinet. Verum si foris corpori emplastri modo illinatur, ulcera maligna et depascentia curat. Sed ad talia radicis cortex praefertur, desiccans secundo ordine jam completo et tertio incipiente, refrigerans secundo incipiente.

Cap. XX. [1. *De hyacintho.*] Hyacinthi radix bulbosa est, ordinis primi in desiccando, secundi vero completi aut certe tertii incipientis in refrigerando. Itaque

πεπίστευται διαφυλάττειν τοὺς παῖδας ἐν οἴνῳ καταπλασσομένη. ὁ δὲ καρπὸς ἀτρέμα τε ῥύπτει καὶ στύφει, καὶ διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἰκτερικοῖς δίδοται σὺν οἴνῳ, ξηραίνων μὲν ἤδη που κατὰ τὴν τρίτην τάξιν, θερμότητος δὲ καὶ ψύξεως ἐν τῷ μέσῳ καθέστηκε.

[238] [β'. Περὶ ὕδνου.] Ὕδνα πᾶσι γνώριμα γεωδεστέραν οὐσίαν ἐπικρατοῦσαν, ἐν τῇ συστάσει κέκτηται βραχέος τινὸς αὐτῇ μεμιγμένου τοῦ λεπτομεροῦς.

[γ'. Περὶ ὑδροπεπέρεως.] Ὑδροπέπερι κέκληται μὲν ἀπὸ τῶν χωρίων ἐν οἷς φύεται, καὶ τῆς κατὰ τὴν γεῦσιν ὁμοιότητος πρὸς τὸ πέπερι. ἔστι δὲ θερμὸν, ἀλλ' οὐκ εἰς ὅσον πέπερι καὶ μέντοι καὶ χλωρὰν ἔτι τὸ βοτάνιον, ἅμα τῷ καρπῷ καταπλασθὲν, ὑπώπιά τε καὶ τοὺς ἐσκιῤῥωμένους ὄγκους διαφορεῖ.

[δ'. Περὶ ὑοσκυάμου.] Ὑοσκύαμος ὁ μὲν τὸ μέλαν ἔχων σπέρμα μανιώδης τε καὶ καρωτικὸς ὑπάρχων. πλησίον δ' αὐτοῦ τὴν δύναμίν ἐστι καὶ οὗ τὸ σπέρμα μετρίως ξανθόν

pueros diutissime servare impuberes vino illita creditur. Fructus leviter extergit et astringit. Quamobrem et ipse regio morbo laborantibus exhibetur in vino, ordine quidem tertio quadantenus desiccans, caeterum in medio consistens caliditatis ac frigiditatis.

[2. *De hydno, terrae tubere.*] Tubera terrea omnibus nota sunt. Substantiam habent vincentem terrestrem quidem consistentia, sed tamen cum paucula quadam partium tenuitate mixtam.

[3. *De hydropipere.*] Hydropiper a locis in quibus nascitur et a similitudine, quae illi cum pipere in gustu est, nomen sortitum est, caeterum non usque adeo calidum est quam piper. Et sane herba ipsa etiamnum viridis una cum fructu cataplasmatis in modum imposita, sugillata et tumores induratos digerit.

[4. *De hyoscyamo, alterco.*] Hyoscyamus, cui semen atrum est, insaniam ac soporem affert. Sed is cui semen mediocriter flavum est, propinquam ei facultatem possidet

ἐστὶ, φεύγειν δ' ἀμφοτέρους ὡς ἀχρήστους τε καὶ δηλητηρίους. ἐπιτηδειότατος δὲ πρὸς τὰς ἰάσεις οὗ καὶ τὸ σπέρμα καὶ τὸ ἄνθος λευκὸν, ἐκ τῆς τρίτης που τάξεως ὑπάρχων τῶν ψυχόντων. ἄνθος δὲ τοῦ μὲν τὸ μέλαν ἔχοντος σπέρμα μετρίως πορφυρίζον, τοῦ δὲ τὸ ὑπόξανθον ἀτρέμα μηλίζον.

[ε'. Περὶ ὑπερικοῦ.] Ὑπερικὸν θερμαίνει καὶ ξηραίνει λεπτομεροῦς οὐσίας ὑπάρχον· ὡς καταμήνιά τε καὶ οὖρα προκαλεῖσθαι. χρὴ δὲ ὅλον εἰς ταῦτα λαμβάνειν τὸν καρπὸν οὐ τὸ σπέρμα μόνον, ἀλλὰ μετὰ τῶν φύλλων ἐπιπλασσόμενος χλωρὸς, εἰς οὐλὴν ἄγειν δύναται τά τ' ἄλλα καὶ πυρίκαυστα. ξηρανθέντα δ' εἰ κόψας ἐπιπάττοις, ἰάσῃ τὰ πλαδαρὰ καὶ σηπεδονώδη τῶν ἑλκῶν. ἔνιοι δὲ καὶ τοῖς ἰσχιαδικοῖς πίνειν αὐτὴν διδόασιν.

[στ'. Περὶ ὑπηκόου.] Ὑπήκοον ψυκτικῆς ἐστι δυνάμεως, ἐκ τῆς τρίτης που τάξεως τῶν ψυχόντων, ὡς μήκωνος ὀλίγον ἀποδεῖν.

[ζ'. Περὶ ὑπογλώσσου.] Ὑπόγλωσσον ὠνόμασται μὲν οὕτως, ὅτι παραφύσεις ὑπ' ἄκροις τοῖς κορύμβοις ποιεῖται

Verum utrique fugiendi sunt ut inutiles et venenosi seu deleterii. Caeterum cujus semen ac flos candidus est, ad sanationes vel maxime idoneus est, ex tertio quodammodo ordine refrigerantium. Porro flos ejus quidem cui semen est nigrum mediocriter purpureus est, ejus vero cui est subflavum, leviter mali colorem refert.

[5. *De hyperico.*] Hypericum calefacit et desiccat essentia tenuium partium, adeo ut et menses et urinas provocet; sed ad haec totus sumendus est fructus, non tantum semen. Porro cum foliis illitus viridis ad cicatricem ducit tum alia tum etiam ambusta. Caeterum si sicca contusa inspergas, sanabis et mollia nimis humidaque et putredinosa ulcerum. Sunt et qui ischiadicis bibendum exhibeant.

[6. *De hypecoo.*] Hypecoon refrigerandi vim habet ex tertio ordine refrigerantium, ut parum absit a papavere.

[7. *De hypoglosso.*] Hypoglossum inde adeo nuncupatum est, quod summis corymbis velut ligulas quaedam ex-

γλωσσαρίων. ἔστι δ' ἡ ῥίζα καὶ ὁ χυλὸς τοῦ θαμνίσκου μαλακτικῆς δυνάμεως.

[η'. Περὶ ὑσσώπου.] Ὕσσωπον θερμαίνει καὶ ξηραίνει κατὰ τὴν τρίτην τάξιν, ἔστι δὲ καὶ λεπτομερές.

Κεφ. κα'. [α'. Περὶ φακῶν.] Φακοὶ στύφουσι μὲν ἰσχυρῶς, θερμότητος δὲ καὶ ψύξεως ἐν τῷ μέσῳ καθεστήκασι. καὶ μέντοι καὶ ξηραίνουσι κατὰ τὴν δευτέραν τάξιν. αὐτὸ μὲν οὖν αὐτῶν τὸ σῶμα ξηραίνει καὶ ἵστησι γαστέρα, τὸ δ' ἀφέψημα προτρέπει, διὸ καὶ ἀποχεῖται τὸ πρότερον ὕδωρ, ὅταν ἐπισχέσεως ἕνεκα λαμβάνωνται.

[239] [β'. Περὶ φακοῦ.] Φακὸς ὁ ἐπὶ τῶν τελμάτων ὑγρᾶς καὶ ψυχρᾶς ἐστι κράσεως, ἐκ τῆς δευτέρας που τάξεως ὑπάρχων κατ' ἄμφω.

(114) [γ'. Περὶ φαληρίδος.] Φαληρίδος τῆς πόας καὶ ὁ χυλὸς καὶ τὸ σπέρμα καὶ τὰ φύλλα πινόμενα πρὸς τὰ τῆς κύστεως ἀλγήματα πεπίστευται βοηθεῖν, ὡς ἐχούσης τι λεπτομερὲς καὶ θερμόν.

eunt. Caeterum radix et succus fruticis emolliendi vim possident.

[8. *De hyssopo.*] Hyssopum desiccat et calefacit ordine tertio, sed et tenuium est partium.

Cap. XXI. [1. *De facis, lentibus.*] Lentes valenter astringunt, medium tenent caliditatis et frigiditatis, desiccant sane in secundo ordine. Ipsum itaque earum corpus desiccat et sistit ventrem, caeterum decoctum provocat. Proinde etiam prior aqua abjicitur, ubi retentionis causa adhibentur.

[2. *De phaco, lenticula palustri.*] Lenticula palustris humidae frigidaeque temperiei est, utrinque ex secundo quodammodo ordine.

[3. *De phaleride.*] Phaleridis herbae tum succus tum semen tum folia potari utiliter creduntur ad vesicae dolores, ceu in sese habeant quiddam tenuium partium et calidum.

[δ'. Περὶ φαλαγγίτου.] Φαλαγγίτης. ὠνόμασται μὲν οὕτως ἐκ τοῦ βοηθεῖν τοῖς ὑπὸ φαλαγγίων δακνομένοις. ἔστι δὲ λεπτομεροῦς δυνάμεως ξηραντικῆς, ὅθεν καὶ στροφουμένοις ἀρήγειν δοκεῖ.

[ε'. Περὶ φλόμου.] Φλόμος, ἔνιοι δὲ διὰ τοῦ π γράφουσί τε καὶ λέγουσιν. ἡ μέν τίς ἐστι τοῖς φύλλοις λευκὴ, ἡ δὲ μέλαινα. καὶ τῆς λευκῆς ἡ μὲν ἄῤῥην, ἧς τὰ φύλλα στενώτερα, ἡ δὲ θῆλυς, ἧς μείζω. καὶ πρὸς ταύταις ἑτέρα φλόμος ἀγρία προσαγορευομένη, χρυσοειδὴς δ' ἐστὶ καὶ μηλίζουσα τοῖς ἄνθεσιν. ἄλλη δέ τις ἐπὶ ταύταις, ἣν ἰδίως φλομίδα καὶ θρυαλλίδα προσαγορεύουσι. τῶν μὲν οὖν πρώτων δυοῖν ἡ ῥίζα στρυφνὴ γινομένη οὖσα τοῖς ῥοώδεσι πάθεσιν ἀρήγει. διακλύζονται δ' αὐτὴν ἔνιοι καὶ πρὸς ὀδόντων ἀλγήματα. τὰ μέντοι φύλλα διαφορητικῆς ἐστι δυνάμεως. οὕτω δὲ καὶ τὰ τῶν ἄλλων φύλλα καὶ μάλιστα τῆς χρυσιζούσης τοῖς ἄνθεσιν, ᾗ καὶ τὰς τρίχας ξανθίζουσιν. ἁπασῶν γὰρ τὰ φύλλα ξηραντικῆς τε καὶ μετρίως ῥυπτικῆς ἐστι δυνάμεως.

[4. *De phalangite.*] Phalangites fic appellata eft, quod morfis a phalangiis auxilietur. Eft autem facultatis tenuium partium deficcantis, quamobrem et tormina patientibus fuccurrit.

[5. *De phlomo, verbafco.*] Phlomos. Quidam per p literam et fcribunt et proferunt. Quaedam foliis alba eft, quaedam vero nigra. Et albae quidem mas eft, cujus folia anguftiora, femina, cujus majora. Et praeter has eft alia phlomos agreftis cognominata, flores habet aureos et luteos. Sed et alia praeter has eft, quam proprie phlomida nominant et thryallida. Priorum itaque duarum radix acerba guftu eft et fluxionis affectibus prodeft, fed et ad dentium dolorem eam quidam colluunt. Sane folia digerendi vim habent, fic et aliarum folia, et maxime ejus quae aurei coloris flores obtinet, qua etiam capillos flavos reddunt. Omnium enim folia deficcandi et mediocriter detergendi vim poffident.

[στ'. Περὶ φοίνικος.] Φοῖνιξ τὸ δένδρον στυπτικῆς μετέχει δυνάμεως ἐν ἅπασι τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσιν. ὁ μὲν οὖν τῶν κλάδων χυλὸς αὐστηρός ἐστιν ἐξ ὑδατώδους οὐσίας χλιαρᾶς καὶ γεώδους ψυχρᾶς συγκείμενος. ὁμοίας δὲ τούτου φύσεώς ἐστι καὶ ὁ καλούμενος ἐγκέφαλος ἐδώδιμος ὑπάρχων, ὁ δὲ καρπὸς αὐτοῦ καὶ μάλισθ' ὁ γλυκὺς οὐκ ὀλίγης μετείληφε θερμότητος. ἐδώδιμος δ' ὢν εἰς πολλὴν ἔρχεται χρῆσιν, οὐ μόνον ἔξωθεν ἐπιτιθέμενος, ἵνα τονῶσαί τι καὶ ξηρᾶναι καὶ συναγαγεῖν καὶ πιλῆσαι καὶ πυκνῶσαι χρήζομεν, ἀλλὰ καὶ ὡς σιτίον λαμβανόμενος ἅμα τε τοῖς ἄλλοις καὶ αὐτὸς καθ' ἑαυτόν. ὃ δὲ καλοῦσιν ἐλάτην, τὸ ἁπαλὸν ἐκβλάστημα τοῦ φοίνικος, τὴν αὐτὴν τῷ κατ' αὐτὴν ἐγκεφάλῳ δύναμιν ἔχει. τὸ δ' οἷον ἀμφίεσμα αὐτοῦ στυπτικὴν μὲν καὶ αὐτὸ κέκτηται ποιότητα, ξηραίνει δ' ἐπὶ πλέον ἁπάντων τῶν εἰρημένων, ὡς ἂν καὶ τῇ τῆς οὐσίας συστάσει ξηρότερον αὐτῶν ὑπάρχον καὶ ἥκιστα μετέχον ὑγρότητος, ὥστε δεόντως ἐπὶ τῶν σηπεδονωδῶν ἑλκῶν αὐτῷ χρῶνται. καὶ τοῖς συνάγουσι τὰ κεχαλασμένα τῶν ἄρθρων φαρμάκοις μιγνύουσι καὶ ταῖς

[6. *De phoenice, palma.*] Phoenix arbor astrictoriae facultatis omnibus sui partibus est particeps. Igitur ramorum succus austerus est ex aquea substantia tepida et terrea frigida constans. Similis naturae est encephalos pars suprema quam vocant cerebrum esui aptus. At fructus ejus et maxime dulcis non paucam obtinet caliditatem. Caeterum quum edendo sit, multo est usui non tantum foris impositus, ubi quid roborare et desiccare, contrahere, stipare densareque consilium est, sed et tanquam cibus sumptus et simul cum aliis et per se. Porro quod Elaten vocant, nempe tenerum illud palmae germen, eandem cum cerebro ejus facultatem possidet. Quod vero velut tegumentum ejus est astringentem et ipsum qualitatem habet, verum plus quam dicta omnia exiccat, utpote quod et essentiae consistentia illis siccius est et nimium habet humiditatis. Itaque jure utuntur illo ad ulcera putrescentia, miscentque medicamentis articulos plus justo laxatos contrahentibus, ad haec

ἡπατικαῖς τε καὶ στομαχικαῖς δυνάμεσιν, ἔξωθέν τε καὶ ἔσωθεν. ἔστι δὲ καὶ ἡ ῥίζα τοῦ φυτοῦ ξηραντικῆς ἀδήκτως δυνάμεως, ἔχουσά τι καὶ αὐτὴ στύψεως.

[240] [ζ'. Περὶ φορβίου.] Φορβίου τῷ σπέρματι πρὸς λευκώματα χρῶνται μετὰ μέλιτος, ἀλλὰ καὶ σκόλοπας ἐξάγειν πεπίστευται. καὶ ἡ πόα δὲ ταὐτὸν τούτῳ δοκεῖ δύνασθαι, ἐξ ὧν δῆλον ὡς λεπτομεροῦς τε καὶ ἑλκτικῆς καὶ ῥυπτικῆς μετέχει δυνάμεως.

[η'. Περὶ φοῦ.] Φοῦ. ἀρωματώδης πώς ἐστιν ἡ τῆσδε τῆς πόας ῥίζα, νάρδῳ παραπλησία τὴν δύναμιν, ἀλλ' εἰς μὲν τὰ πλεῖστα καταδεεστέρα, προτρέπει δ' οὖρα τῆς μὲν Ἰνδικῆς καὶ Συριακῆς νάρδου μᾶλλον, ὁμοίως δὲ τῇ Κελτικῇ.

[θ'. Περὶ φύκου.] Φῦκος ὑγρὸν ἔτι καὶ χλωρὸν ἐξαιρούμενον τῆς θαλάττης, καὶ ψύχει καὶ ξηραίνει κατὰ τὴν δευτέραν τάξιν, ἔχει γάρ τι καὶ στρυφνὸν μετρίως.

[ι'. Περὶ φυλλίτιδος.] Φυλλῖτις, στρυφνῆς οὖσα ποιότητος, οὐκ ἀπὸ τρόπου διαῤῥοίαις τε καὶ δυσεντερίας ὀνίνησι πινομένη.

facultatibus hepaticis et ſtomachicis, ſeu intro ſumantur ſeu foris admoveantur. Sed et radix plantae deſiccatoriae citra morſum facultatis eſt, adjunctum habens et ipſa aſtrictionis quippiam.

[7. *De phorbio.*] Phorbii ſemen ad albugines cum melle applicant. Sed et ſpicula extrahere creditur. Porro et ipſa herba idem praeſtare videtur. Ex quibus conſtat, quod tenuium partium et attrahendi diſcutiendique potentiam obtinet.

[8. *De phu.*] Phu. Odorata quodammodo eſt hujus herbae radix, nardo viribus ſimilis, ſed tamen ad pleraque infirmior. Urinas movet plus quam aut Indica aut Syriaca nardus, perinde ut Gallica.

[9. *De fuco, alga.*] Phycos humens etiamnum et virens ex mari exemptus deſiccat et refrigerat ordine ſecundo, habet enim quiddam modice acerbum.

[10. *De phyllitide.*] Phyllitis quum qualitatis ſit acerbae, non abs re diarrhoeas et dyſenterias pota juvat.

[ια'. Περὶ φύλλου μαλαβάθρου.] Φύλλον μαλαβάθρου νάρδῳ παραπλήσιόν ἐστι τὴν δύναμιν.

Κεφ. κβ'. [α'. Περὶ χαλβάνης.] Χαλβάνη ὀπός ἐστι ναρθηκώδους φυτοῦ, μαλακτικῆς τε καὶ διαφορητικῆς ὑπάρχουσα δυνάμεως. καὶ εἴη ἂν ἐν μὲν τῷ θερμαίνειν ἐκ τῆς τρίτης που τάξεως ἀρχομένης ἢ τῆς δευτέρας συμπληρουμένης, ἐν δὲ τῷ ξηραίνειν ἐκ τῆς δευτέρας ἀρχομένης.

[β'. Περὶ χαμαίδρυος.] Χαμαίδρυς ἐπικρατοῦσαν ἔχει τὴν πικρὰν ποιότητα, ἔστι δὲ καὶ δριμεῖά πως. ἐξ ὧν δηλονότι δεόντως σπλῆνα τήκει καὶ οὖρα καὶ καταμήνια κινεῖ καὶ πάχος χυμῶν τέμνει, καὶ τὰς ἐν τοῖς σπλάγχνοις ἐμφράξεις ἐκκαθαίρει. καὶ θείη ἄν τις αὐτὴν ἐν τῇ τρίτῃ τάξει κατὰ τὸ ξηραίνειν καὶ θερμαίνειν, καὶ πλέον γε κατὰ τὸ ξηραίνειν ἢ θερμαίνειν.

[γ'. Περὶ χαμαικισσοῦ.] Χαμαικισσοῦ τὸ ἄνθος πικρὸν ἱκανῶς ὑπάρχον ἐκφράττει τὰ καθ' ἧπαρ. ἔνιοι δὲ καὶ τοῖς ἰσχιαδικοῖς αὐτὸ διδόασιν.

[11. *De malabathri folio.*] Folium malabathri nardo fimilem vim poffidet.

Cap. XXII. [1. *De galbano.*] Galbanum fuccus eft plantae ferulaceae, quae emollientis et digerentis eft facultatis. Fueritque fane ex tertio ordine calefacientium incipiente aut fecundo completo, in deficcando vero ex fecundo incipiente.

[2. *De chamaedry.*] Chamaedrys vincentem habet qualitatem amaram, eft et quodammodo acris. Quocirca merito lienes colliquat et urinas ac menfes provocat, craffitudinem humorum incidit et vifcerum obftructiones expurgat. Ponatque eam quispiam in tertio ordine calefacientium et deficcantium, plus tamen deficcat quam calefacit.

[3. *De chamaecisso, hedera terreftri.*] Chamaecissi flos quum fit admodum amarus, jecur obftructione liberat. Daturque ex coxendice laborantibus.

[δ'. Περὶ χαμελαίας.] Χαμελαίας τὴν πικρὰν ἐπικρατοῦσαν ἔχει ποιότητα. διὸ καὶ τὰ ῥυπαρὰ λίαν ἕλκη καὶ ὅσα μεγίστας ἐσχάρας ἔχει, μετὰ μέλιτος ἀνακαθαίρειν δύναται.

[241] [ε'. Περὶ χαμαιλεύκης.] Χαμαιλεύκη θερμὴ τὴν δύναμίν ἐστι κατὰ τὴν τρίτην που τάξιν καὶ ξηρὰ κατὰ τὴν πρώτην.

[στ'. Περὶ χαμαιλέοντος.] Χαμαιλέοντος ἡ ῥίζα τοῦ μὲν μέλανος, ἔχει τι δηλητήριον, ὅθεν ἔξωθεν ἡ χρῆσις αὐτοῦ πρὸς ψώρας καὶ λειχῆνας καὶ ἀλφοὺς καὶ ὅλως ὅσα ῥύψεως δεῖται καὶ τοῖς μαλακτικοῖς καὶ διαφορητικοῖς μίγνυται φαρμάκοις. καὶ τὰ φαγεδαινικὰ τῶν ἑλκῶν ἰᾶται καταπλασθεῖσα. ἔστι γὰρ ξηρὰ κατὰ τὴν τρίτην ἤδη που τάξιν. ἐν δὲ τῷ θερμαίνειν ἐκ τῆς δευτέρας συμπληρουμένης. ἡ δὲ τοῦ λευκοῦ χαμαιλέοντος ῥίζα πρὸς ἕλμινθας πλατείας δίδοται πλῆ(115)θος ὀξυβάφου μετ' οἴνου αὐστηροῦ. προσφέρουσι δ' αὐτὴν καὶ τοῖς ὑδερικοῖς παραπλησίαν οὖσαν καὶ αὐτὴν τῇ κράσει τῇ τοῦ μέλανος ῥίζῃ, πλὴν ὅσα πικροτέρα ἐκείνης ἐστίν.

[4. *De chamelaea, oleagine.*] Chamelaea vincentem habet qualitatem amaram. Quamobrem admodum sordida ulcera et quae maximas habent crustas, cum melle perpurgare potest.

[5. *De chamaeleuce, tussilagine.*] Chamaeleuce calidae facultatis est tertio quodammodo ordine, siccae primo.

[6. *De chamaeleonte.*] Chamaeleontis radix nigri quidem, lethale quiddam obtinet. Quamobrem foris utique usus ejus ad psoras adhibetur et lichenas et vitiligines et in summa quae detersionem postulant, praeterea digerentibus et emollientibus pharmacis commiscetur, et phagedaenica ulcera sanat illita. Est enim sicca tertio ordine, calefacit vero secundo ordine absoluto. Porro albi chamaeleontis radix ad latos lumbricos potui datur cum vino austero mensura oxybaphi. Exhibent sane etiam aqua inter cutem laborantibus assimilem habentem temperiem ipsius nigri radici, nisi quatenus amarior quam illa est.

[ζ. Περὶ χαμαιπίτυος.] Χαμαιπίτυς κατὰ τὴν γεῦσιν μὲν ἰσχυρότερον ἔχει τὸν πικρὸν χυμὸν τοῦ δριμέος, κατὰ τὴν ἐνέργειαν δὲ διακαθαίρει καὶ ῥύπτει τὰ σπλάγχνα πλέον ἢ θερμαίνει. διὰ τοῦτο καὶ τοῖς ἰκτεριῶσι καὶ ὅλως οἷς ἐμφράττεται ῥᾳδίως τὸ ἧπαρ ἀγαθόν ἐστι φάρμακον. ἄγει δὲ καὶ καταμήνια πινομένη τε καὶ μετὰ μέλιτος προστιθεμένη. ἔστι δὲ καὶ οὐρητικὸν φάρμακον. ἔνιοι δὲ καὶ ἰσχιαδικοῖς αὐτὴν διδόασιν, ἀφέψοντες ἐν μελικράτῳ. χλωρὰ δ᾽ ἡ πόα καὶ τὰ μεγάλα τραύματα κολλᾷν δύναται καὶ τὰ σηπεδονώδη τῶν ἑλκῶν ἰᾶται καὶ τὰς ἐν μαστοῖς σκληρότητας διαφορεῖ. ἔστι γὰρ ἐν τῷ ξηραίνειν τῆς τρίτης τάξεως, ἐν δὲ τῷ θερμαίνειν τῆς δευτέρας.

[η΄. Περὶ χαμαισύκης.] Χαμαισύκη ῥυπτικήν τε ἅμα καὶ δριμεῖαν ἔχει δύναμιν, ὥστε καὶ ἀκροχορδόνας καὶ μυρμηκίας, οἵ τε κλῶνες αὐτῆς καταπλαττόμενοι καὶ ὁ ἐξ αὐτῶν ὀπὸς ἀφαιροῦσιν. ἀποῤῥύπτουσι δὲ σὺν μέλιτι καὶ τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς παχείας οὐλάς. ὠφελοῦσι δὲ καὶ τὰς διὰ πάχος ἀμβλυωπίας, ὥσπερ οὖν καὶ ἀρχὰς ὑποχύσεων.

[7. *De chamaepity, ajuga, ibiga.*] Chamaepitys gustu quidem amarum saporem validiorem acri obtinet, effectu vero expurgat abstergitque viscera plus quam calefacit. Proinde auriginosis et omnino quibus facile jecur obstruitur, bonum est remedium. Quin et menses ducit tum pota tum apposita cum melle. Sed et urinae movendae medicamentum est. Sunt autem etiam, qui eam exhibent decoctam in melicrato iis, qui coxendicis doloribus torquentur. Herba porro ipsa viridis vulnera magna conglutinat et ulcera putrescentia sanat, praeterea uberum durities discutit. Est enim in siccando ordinis tertii in calefaciendo vero secundi.

[8. *De chamaesyce.*] Chamaesyce abstergendi simul et acrem vim possidet. Itaque acrochordonas et myrmecias, caules ejus teneriores in modum cataplasmatis admoti, quique ex eis profluit liquor auferunt. Cum melle vero crassas oculorum cicatrices detergunt. Sed et hebetudines visus a crassitie natas adjuvant, sicut sane et suffusionum principia.

[θ'. Περὶ χελιδονίου.] Χελιδόνιον ῥυπτικῆς ἰσχυρῶς ἐστι καὶ θερμῆς δυνάμεως· καὶ μέντοι καὶ ὁ χυλὸς αὐτῆς εἰς ὀξυωπίας ἐστὶ χρήσιμος ἐφ' ὧν ἀθροίζεται παχύ τι κατὰ τὴν κόρην, διαφορεῖσθαι δεόμενον. ἐχρήσαντο δ' ἔνιοι τῇ ῥίζῃ καὶ πρὸς τοὺς ὑπ' ἐμφράξεως ἥπατος ἰκτεριῶντας, ἐν οἴνῳ λευκῷ διδόντες πίνειν σὺν ἀνίσῳ. διαμασωμένη χρήσιμός ἐστιν ὀδόντων ἀλγήμασι. τὸ δὲ μικρότερον χελιδόνιον, δριμύτερον ὑπάρχον τοῦ μείζονος, ἑλκοῖ ταχέως τὸ δέρμα καταπλασσόμενον, ὄνυχάς τε λεπροὺς ἐκβάλλει. καθαίρει δ' ὁ χυλὸς αὐτοῦ διὰ ῥινῶν ἰσχυρῶς ὑπάρχων δριμὺς, ὥστε εἴη ἂν καὶ ἥδε ἡ πόα τῆς τετάρτης ἤδη που τάξεως συμπληρουμένης ἤδη καὶ κατὰ τὸ θερμαίνειν καὶ ξηραίνειν.

[242] [ι'. Περὶ χονδρίλης.] Χονδρίλη. καὶ ταύτην ἔνιοι σέριν ὀνομάζουσιν. ἔστι γάρ πω τῆς αὐτῆς ἐκείνης δυνάμεως, πλὴν ὅσον πλέον ἔχει τὸ ὑπόπικρον ἐν τῇ γεύσει, καὶ διὰ τοῦτο ξηροτέρα τὴν δύναμίν ἐστιν.

[9. *De chelidonio.*] Chelidonium extergentis admodum et calidae facultatis eſt. Sed et ſuccus ejus ad acuendum viſum commodus eſt, utique in quibus craſſum quiddam in pupilla colligitur, digeſtione atque diſcuſſione indigens. Uſi ſunt radice ejus quidam ad auriginem ab obſtructione jecoris proficiſcentem, in vino eam albo potui exhibentes cum aniſo. Similiter manſa confert dentium doloribus. Porro chelidonium minus quum acrius ſit majore, celeriter illitum cutem exulcerat, unguesque ſcabros ejicit. Succus ejus per nares purgat, utpote admodum acer. Itaque haec herba quarti quodammodo ordinis fuerit calefacientium incipientis, majus autem chelidonium tertii eſt ordinis abſoluti jam, idque tum in calefaciendo tum in ſiccando.

[10. *De chondrila.*] Chondrila. Et hanc quidam ſerin nominant. Eſt enim ejusdem fere cum illa facultatis, niſi quod guſtu amariuscula eſt, ac proinde facultate ſiccantiore.

[ια'. Περὶ χόνδρου.] Χόνδρος ἐστὶ μὲν δήπου καὶ τροφὴ βελτίστη, καθάπερ καὶ πυρὸς, ἀλλ' οὐ τῆς νῦν πραγματείας ἐστὶ περὶ τροφῆς διαιρεῖσθαι, ὡς φάρμακον δὲ τῆς ἐμπλαστικῆς ἐστι δυνάμεως. ἐν δὲ τῇ κράσει παραπλήσιός ἐστι πυρῷ, πλέον ἐκείνου τὸ γλίσχρον ἔχων, ᾧ καὶ τρόφιμος αὐτοῦ μᾶλλόν ἐστι καὶ οἷον ὕλη τις εἰς ὑποδοχὴν ἐπιτήδειος ὄξους τε γίγνεται καὶ θαλάττης καὶ ἅλμης, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα σφοδρῶς ξηραίνοντα· καὶ διὰ τοῦτό τινες ἐκ τῶν ἱκανῶς ξηραινόντων ἐνόμισαν εἶναι καὶ τοῦτο τὸ σπέρμα. ἔστι δ' αὐτὸς ὁ χόνδρος ἐκ τῶν συμπέττειν δυναμένων μᾶλλον, ὥσπερ καὶ ὁ πυρὸς, ἅπερ ἥκιστα ξηραίνει. διὰ δὲ τὴν τῶν ξηραινόντων φαρμάκων μῖξιν τὸ σύνθετον ἐξ αὐτῶν ξηραντικὸν γιγνόμενον ἐξαπατᾷ τοὺς πολλοὺς τῶν ἰατρῶν, ὡς αὐτῷ τῷ χόνδρῳ τὴν τοῦ ξηραίνειν αἰτίαν ἀνατιθέναι παρέντας τὰ μιγνύμενα.

[ιβ'. Περὶ χρυσοκόμης.] Χρυσοκόμη καλεῖται δὲ καὶ χρυσίτης· τὴν δριμεῖαν ἅμα καὶ στύφουσαν ἐπικρατούσας ἔχει ποιότητας ἡ ῥίζα, διὸ μηδὲ πολύχρηστός ἐστιν. ᾗ γε μὴν

[11. *De chondro, alica.*] Chondrus eſt ſane nutrimentum optimum, ſicuti et triticum. Sed hujus inſtituti non eſt de nutrimento diſtinguere. Verum ut medicamentum emplaſticae facultatis eſt, temperie tritico ſimilis, plus tamen illo viſcoſus, quare ſane etiam illo plus nutrit. Eſtque ceu materia quaedam idonea excipiendis aceto, marina aqua, muria et id genus aliis valenter deſiccantibus, proinde quidam ex genere admodum exiccantium eſſe et hoc ſemen autumarunt. Caeterum chondrus ex numero eſt potius concoquentium, ut et triticum, quae minime profecto deſiccant. At ob exiccantium medicamentorum admixtionem, quum quod ex illis compoſitum eſt, exiccatorium ſit, medicorum complures in errorem inducti ſunt, ut falſo putarent deſiccationem chondro acceptam ferendam, iis quae admixta erant praeteritis.

[12. *De chryſocome.*] Chryſocome vocatur et chryſites. Radix vincentes habet acrem ſimul et aſtringentem qualitates, quare non admodum multi uſus eſt. Uſui tamen

Ed. Chart. [XIII. 242.] Ed. Bas. II. (115.)

χρῆσις αὐτῆς ἐν μελικράτῳ καθεψηθείσης ἐν περιπνευμονίαις τε καὶ ἡπατικοῖς νοσήμασιν. ἔχει δέ τι καὶ τῆς ἐμμήνου καθάρσεως προτρεπτικόν.

αὐτῇ κατά τε τὰς ἐν κουφότητι καὶ βαρύτητι διαφορὰς καὶ τὰς ἐν τῇ γεύσει. στύψεως μὲν γάρ τινος ἔμφασιν ἔχουσα τοσοῦτον προσείληφε ψύξεως, ὅσον καὶ στύψεως. εἰ δὲ δριμύτητος ἐμφαίνοιτό τι, τοσοῦτον ἔχει θερμότητος, ὅσον δριμύτητος. ὡσαύτως δ' ἐπὶ τῆς κούφης καὶ βαρείας σκοπεῖσθαι. τῆς μὲν κούφης τοιαύτης γινομένης, ὅταν ἀερώδους οὐσίας μετέχῃ δαψιλοῦς ἐν τῇ δι' ὅλης ἑαυτῆς κράσει, τῆς δὲ βαρείας, ὅσῳ περ ἂν ᾖ μᾶλλον τοιαύτη, τοσούτῳ μᾶλλον εἰλικρινεστέρας γῆς ὑπαρχούσης. ἴδιον δὲ γῆς ἐστι τὸ μὴ χεῖσθαι πυρὶ πλησιάζουσαν, ὅπερ ὅ τε μόλυβδος καὶ καττίτερος, ἄργυρός τε καὶ χρυσὸς ἔχουσιν, ὥσθ' ὅταν ἀργυρῖτιν ἢ χρυσῖτιν ἢ σιδηρῖτιν ἀκούσῃς γῆν, ὀνομάζουσι γὰρ οὕτως ἔνιοι τὰς ἐκ τῶν μετάλλων λαμβανομένας, μὴ νόμιζε δι' ὅλου κεκρᾶσθαι τὸν ἄργυρον ἢ τὸν χρυσὸν ἢ τὸν σίδηρον τῇ γῇ· πλησιάζειν δὲ μορίοις μικροῖς τῆς γῆς ἀναμεμιγμένα μόρια μικρὰ, κατὰ μὲν τὴν χρυσῖτιν χρυσοῦ, κατὰ δὲ τὴν ἀργυρῖτιν ἀργύρου, κατὰ δὲ τὴν σιδηρῖτιν σιδήρου, καὶ ταῦτ' ἐν ταῖς καμίνοις ὑπὸ τοῦ πυρὸς χεόμενα συνέρχεσθαι πρὸς ἄλληλα.

eſt eorum quae illi accidunt commixtio, idque ſecundum levitatis et gravitatis differentias, easque quae in guſtu viſuntur. Nam ſi qua eluceat aſtrictio, tantum aſſumpſit frigiditatis quantum habet et aſtrictionis. Sin etiam acrimonia quaedam appareat, tantum ineſſe ſcito caliditatis quantum et acrimoniae. Similiter in levi et gravi videndum, quum levitas illi inde proveniat, quod larga et copioſa in tota ejus temperie aërea inſit ſubſtantia, gravitas vero quanto major ſit, tanto itidem ſincerior terra exiſtat. Terrae proprium eſt quod igni admota non fundatur aut liqueſcat, id quod accidit plumbo, ſtanno, argento et auro. Itaque quum terram audis nominari argyriten vel chryſiten vel ſideriten, nam ita nuncupant quidam illas quae ex metallis ſumuntur, haud putes per totum terrae immixtum eſſe argentum, aurum aut ferrum, ſed contingere conjunctasque eſſe parvis terrae particulis immixtas particulas parvas, in chryſite quidem auri, in argyrite argenti, in ſiderite ferri, easque ab igne in fornacibus ſuſas coire ad invicem.

Ed. Chart. XIII. [251.] Ed. Baf. II. (119. 120.)

κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ἡ τὴν ὕαλον ἔχουσα ψάμμιός ἐστιν, ἐν ψάμμῳ γὰρ μάλιστα τῆς τοιαύτης οὐσίας εὑρίσκεται ψήγματα πολλάκις μικρά. καὶ ὅσοι τούτων ἔμπειροι θεασάμενοι τὰς τοιαύτας ψάμμους γνωρίζουσιν ὁπόσον ἐξ αὐτῶν ἀθροῖσαι δύνανται τῆς ὑάλου, καὶ χρυσοῦ δὲ ψήγματα μικρὰ πολλὰ κατά τινας εὑρίσκεται ψάμμους, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἁπάσης ψάμμου τὸν χρυσὸν ἐξαίρουσι καὶ τὴν ὕαλον οἱ περὶ ταῦτ' ἔχοντες, ἐκλεγόμενοι δηλονότι τὰς μετ' ὀλίγης δαπάνης ἀθροι(120)ζούσας πλεῖστον, ὡς τό γ' ἐν ταῖς καμίνοις ἀναλώσαντας πολλὰ βραχύ τι σχεῖν τῆς διαθροιζομένης οὐσίας ἀκερδὲς αὐτοῖς εἶναι δοκεῖ. διὰ τοῦτο μὲν οὖν καίτοι γε πολλαῖς ψάμμοις χρυσοῦ καὶ ὑάλου ψηγμάτων περιεχομένων οὐκ ἐπὶ πάσας οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ παραγίνονται. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον οὐδὲ χαλκὸν ἢ ἄργυρον ἢ σίδηρον ἢ κασσίτερον ἢ μόλυβδον ἐκ πάσης γῆς ἐκλέγουσιν. οὐ μὴν οὐδ' ὅταν χωρίσωσιν ἑκάστην τῶν εἰρημένων ἀπὸ τῆς ἀναμεμιγμένης γῆς, ἡ καταλειπομένη παραπλησία ταῖς ἄλλαις γαῖς ἐστιν, ἃς συνήθως ἔφην ὀνομάζεσθαι πᾶσιν Ἕλλησιν, ἐχού-

Eundem in modum quae vitrum continet terra arenofa eft, in arena enim potiffimum ejusmodi fubftantiae fruftula reperiuntur faepenumero parva. Et qui earum rerum periti funt, confpectis arenis talibus, haud difficulter cognofcunt quantum ex eis colligi queat vitri. Sed et auri quoque fruftula exigua frequenter non parvo numero in quibusdam inveniuntur arenis. Verum non ex quavis arena qui negotio huic funt dediti aurum vitrumque extrahunt, fed eas eligunt arenas, quae quamminimo impendio plurimum congerunt. Siquidem poft multos fumptus, quos in fornacibus inftruendis facere neceffe eft, fi paulum modo colligeretur fubftantiae, damnofum id ipfis effet. Itaque quum in plurimis arenis auri vitrique fruftula parva contineantur, qui talia callent, non ad quafvis accedunt. Ad eundem modum neque aes aut argentum aut ferrum aut ftannum plumbumve ex quavis terra colligunt. Nec tamen ubi dictorum quodque ab admixta terra feparaverint, quae reliqua eft aliis terris eft fimilis, quas paffim fic ab omnibus nuncu-

σαις γνώρισμα κοινὸν τὸ τέγγεσθαί τε καὶ διαλύεσθαι ῥᾳδίως εἰς πηλόν. τῆς γὰρ ἐν τοῖς μετάλλοις γῆς ὑπόλειμμα λιθῶδες γίγνεται, ἄτηκτόν τε καὶ ἄτεγκτον. λέγω δὲ τέγγεσθαι μὲν τὸ δι' ὅλης τῆς οὐσίας ὑγραίνεσθαι, βρέχεσθαι δὲ τὸ κατὰ τὴν ἔξωθεν ἐπιφάνειαν μόνην, οὐ διικνουμένης εἰς τὸ βάθος αὐτῆς τῆς ὑγρότητος. οὕτως οὖν καὶ ἡ μεταλλευομένη Καδμεία γεννᾶται, λιθώδης οὖσα καὶ ἄτεγκτος. ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν τοιούτων σωμάτων ἐφεξῆς εἰρήσεται· νυνὶ δ' ἐπανήξω πάλιν ἐπὶ τὴν φαρμακώδη γῆν, ἥτις, ὅτι μὲν εἰς πηλὸν λύεται ῥᾳδίως ἐν ὕδατι τεγγομένη, διὰ τοῦτ' ὀνομάζεται γῆ, διότι δὲ χρῄζομεν αὐτῆς ὥσπερ καὶ ἄλλων φαρμάκων, διὰ τοῦτο φαρμακῖτις εἰκότως ἂν λέγοιτο. καίτοι τήν γ' ἀμπελῖτιν ὀνομαζομένην γῆν ἔνιοι φαρμακῖτιν ὀνομάζουσιν μόνην, ἤτοι γ' ὡς μόνην τοιαύτην οὖσαν ἢ ὡς ἐνεργεστέραν τὴν φαρμακώδη δύναμιν ἔχουσαν, ὅπερ καὶ ἀληθές ἐστιν. ὀνομάζεται δ' ἀμπελῖτις οὐχ ὅτι φυτεύειν ἀμπέλους ἐν ταύτῃ βέλτιον, ἀλλ' ὅτι περιχριομένη ταῖς ἀμπέλοις φθείρει τοὺς γεννωμένους ἐπ' αὐτῶν σκώληκας, οὓς σκνῖπας ὀνομάζουσιν οἱ παρ' ἡμῖν ἀμπελουργοί. γεννῶνται δὲ οὗτοι τοῦ

pari propoſui, quae communem habent notam, quod irrigatae facile ſolvantur in lutum; nam terrae quae in metallis eſt reliquiae lapideae fiunt, nec liquari rigarive poſſunt. Dico autem rigari per totam ſubſtantiam humectari, madeſcere vero extima tantum ſuperficie madefieri, haud etiam in altum penetrante humore. Sic fit Cadmia quam vocant lapidea, nec ipſa rigari potis. Sed de talibus corporibus infra differetur. Nunc rurſum ad medicamentoſam terram revertor, quae proinde, quod aqua irrigata facile in lutum ſolvitur, terra appellatur, quia vero ea utimur velut aliis medicamentis, idcirco non injuria medicamentoſa ſola vocatur: nempe quia aut ſola eſt ejusmodi, aut evidentiorem quam aliae vim medicamentoſam poſſidet, id quod ſane verum eſt. Nominatur autem ampelites, non quod vitem in ea ſerere praeſtet, ſed quod viti circumlita interimat naſcentes in ea vermes, quos ſcnipas apud nos vinitores cognominant. Naſcuntur porro hi ineunte vere,

Ed. Chart. XIII. [251. 252.] Ed. Baf. II. (120.)

ῆρος εἰσβάλλοντος, ἡνίκα βλαστάνουσιν αἱ ἄμπελοι καὶ τό γ' ἐνοιδισκόμενον αὐτῶν μέρος, ὅθεν ὁ βλαστὸς φύεται, ὃ καλοῦσιν ὀφθαλμόν. [252] τούτους οὖν τοὺς ὀφθαλμοὺς διεσθίοντες οἱ σκνῖπες οὐ μικρὰ βλάπτουσιν τὰς ἀμπέλους, διὸ καὶ τὰς ῥίζας τῶν ὀφθαλμῶν τούτων περιχρίουσιν οἱ περὶ ταῦτα δεινοί. κατὰ τοῦτο μὲν οὖν ἀμπελῖτίς τε καὶ φαρμακῖτις ἡ τοιαύτη γῆ προσαγορεύεται, δηλοῦσα κἀκ τοῦ φθείρειν τοὺς σκνῖπας ὅσον αὐτῇ μέτεστι δυνάμεως φαρμακώδους. ἀφέστηκεν δὲ πολὺ καὶ τῶν ἄλλων εἰδῶν τῆς γῆς, οἷς χρώμεθα πρὸς τὰς ἰάσεις, ἐγγὺς ἤδη τῆς λιθώδους ἥκουσα. διὸ καὶ μιγνυμένην αὐτὴν ἐν ταῖς τῶν φαρμάκων γραφαῖς εὑρήσεις, ἔνθα ξηρᾶναί τι καὶ διαφορῆσαι προσήκει. τὸ γὰρ ἄδηκτον καὶ μέτριον καὶ παρηγορικὸν οὐκ ἔχει καθάπερ ἡ Χία τε καὶ Σαμία καὶ Σελινουσία. καὶ περὶ τῆς Κιμωλίας δὲ προείρηται βραχὺ τούτων οὔσης ἰσχυροτέρας, ἀδήκτου δ' ἔτι καὶ αὐτῆς, καὶ μάλιστα εἰ πλυθείη. καὶ ἡ Κρητικὴ δὲ γῆ παραπλησία πως ἐστι ταύταις, ἀλλ' ἱκανῶς ἀσθενὴς ὑπάρχει, πολὺ τὸ ἀερῶδες ἔχουσα, τὸ μέντοι ῥυπτικὸν

quum germinare vites turgereque earum pars unde germen exit, quem oculum nominant, incipiunt. Hos igitur oculos fcnipes depafcentes non levem viti noxam afferunt, ac proinde oculorum iftorum radices, qui haec fapiunt, inungunt ac illinunt. Hac itaque ratione ampelites et pharmacites id genus terra appellata eft, vel ex eo quod fcripas perdat, quantum habeat facultatis medicamentofae indicans. Sed et a reliqua terra, qua ad curationes utimur, multum diverfa eft, quippe quae proxime ad lapideam perveniat, quamobrem mifceri eam in medicamentorum fcriptionibus comperies, ubi exiccare atque digerere quid opus eft. Nec enim mordacitatis expers eft, nec moderata, nec mitigandi vim obtinet velut Chia, Samia et Selinufia. Atque de Cimolia quidem dictum eft quod illis paulo fit valentior, verumtamen etiam morfus expers, maxime fi elota fit. Cretica vero terra iftis quodammodo affimilis eft, verum admodum imbecilla eft, multum habens fubftantiae aëreae.

ἔχει, διὸ καὶ οἱ ἄνθρωποι λαμπρύνουσιν αὐτῇ τὰ ῥυπαρὰ τῶν ἀργυρωμάτων, ὥστ' ἔχοις ἂν καὶ ταύτην ἐς ὅπερ καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἀδήκτως ῥυπτούσας προειρήκαμεν ἐπιτηδείους εἶναι. τούτων δ' ἁπασῶν ἡ Λημνία δύναμιν ἰσχυροτέραν ἔχει, πρόσεστι γὰρ αὐτῇ τι καὶ στύψεως, ἡ δ' Ἐρετριὰς ἔτι καὶ ταύτης ἰσχυροτέραν, οὐ μὴν ὥστ' ἤδη δάκνειν. ἐὰν δὲ καὶ πλυθῇ, πάνυ μετρία γίνεται παραπλησίως ταῖς προειρημέναις. ἐγχωρεῖ δὲ τὴν γῆν ταύτην οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δὶς ἢ τρὶς πλυθῆναι, καθάπερ καὶ τὴν Κιμωλίαν. καὶ μέντοι καὶ καίουσιν αὐτὴν ἔνιοι ποιοῦντες δηλονότι λεπτομερεστέραν τε καὶ δριμυτέραν, ὥστ' εἰς τὴν διαφορητικὴν μεταπίπτειν δύναμιν. εἰ δὲ πλυθείη καυθεῖσα, τὸ μὲν δριμὺ καταλιποῦσα τῷ ὕδατι, τὸ δ' ἐκ τῆς ὀπτήσεως λεπτομερὲς ἔχουσα, ξηραντικωτέρα γίνεται. διὸ τῆς ἀκαύστου τῷ κοινῷ λόγῳ γῆς ἁπάσης ἐπὶ τῶν ἑλκῶν οὔσης χρησίμης, ἔτι μᾶλλον ἡ μετὰ τὸ καυθῆναι πλυθεῖσα, καὶ πρὸς τὰ δυσσαρκωτά τε καὶ δυσεπούλωτα χρήσιμός ἐστιν. ὄντων δ' αὐτῆς δυοῖν εἰδῶν ἡ

Ineſt tamen ei vis extergendi, quamobrem ea homines vaſis argenteis ſordidis ſplendorem reſtituunt. Itaque et haec tibi uſui fuerit ad ea omnia ad quae alias ſine morſu extergentes idoneas eſſe poſuimus. Harum omnium Lemnia valentiſſimas vires obtinet, ſiquidem et aſtrictio ei quaedam ineſt. Porro Eretrienſis hac etiam valentiorem poſſidet, hactenus tamen ut nondum mordicet. Quod ſi lavetur, valde moderata efficitur, non ſecus atque ſupradictae. Expedit vero hanc terram non ſemel, ſed bis terque lavare ut et Cimoliam. Quin et urunt eam quidam, quo videlicet eſſentiae reddant ſubtilioris et acrioris, ut et ad digerendi potentiam tranſeat. Caeterum ſi uſta lavetur, tunc depoſita in aquam acrimonia ſubtilitatem quidem, quam ex toſtione acquiſiverat, retinens deſiccantior conſtituitur. Quocirca quum uſtionem non experta, communi ratione terrae cujuslibet, ulceribus ſit accommoda, magis certe jam congruit et ad ea quae carnem ſibi reſtitui aegre patiuntur et ad ea quae ad cicatricem difficulter perveniunt, ſi poſtquam combuſta fuerit abluatur. Porro quum duae ejus ſpecies

Ed. Chart. XIII. [252.] Ed. Baf. II. (120.)

τεφρώδης κατὰ τὴν χρόαν ἀμείνων ἐστὶ τῆς πάνυ λευκῆς. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη γῆ πνιγῖτις ὀνομαζομένη, κατὰ μὲν τὴν ὅλην δύναμιν ἐοικυῖα τῇ Κιμωλίᾳ, κατὰ δὲ τὴν χρόαν ἀφεστηκυῖα. μέλαινα γάρ ἐστιν ὁμοίως τῇ ἀμπελίτιδι, τὸ δὲ γλίσχρον καὶ κολλῶδες οὐχ ἧττον ἔχει Σαμίας γῆς, ἀλλ᾽ ἔστιν ὅτε καὶ μᾶλλον. ἐδόθη δ᾽ ἡμῖν ἐν τῷ μεγάλῳ τούτῳ λοιμῷ, καὶ ἄλλη τις ἐξ Ἀρμενίας τῆς ὁμόρου Καππαδοκίας γῆ ξηραντικωτέρα, τὴν χρόαν ὠχρά· λίθον δ᾽ αὐτὴν ὠνόμαζεν, οὐ γῆν, ὁ δοὺς, καὶ ἔστιν εὐλειοτάτη, καθάπερ καὶ ἡ τίτανος. ὀνομάζω δ᾽ οὕτω δηλονότι τὴν κεκαυμένην πέτραν. ἀλλὰ καὶ ὥσπερ ἐκείνης οὐδὲν ἐμφέρεται ψαμμῶδες, οὕτως οὐδὲ τῆς Ἀρμενίας. μετὰ γὰρ τὸ θραυσθῆναι τῷ δοίδυκι κατὰ τὴν θυίαν, οὕτως ἐστὶ λεία καὶ ἄλιθος ὥσπερ ἡ τίτανος καὶ ὁ Σάμιος ἀστὴρ, οὐ μὴν ὁμοίως γε κούφη τῷ ἀστέρι. διὸ καὶ πεπύκνωται μᾶλλον αὐτοῦ καὶ ἧττον ἀερώδης ἐστὶν, καὶ διὰ τοῦτο φαντασίαν ἀποφαίνει τοῖς ἀμελέστερον ὁρῶσι λίθος εἶναι. διαφέρει δ᾽ οὐδὲν ὡς πρὸς τὰ παρόντα λίθον ἢ γῆν

sint, ea quae colore est cinericio, illi quae admodum albida est praefertur. Est et alia terra dicta pnigites, tota quidem facultate Cimoliae assimilis, caeterum colore diversa. Est enim atra, perinde ut ampelites. Porro viscositatem et tenacitatem non minorem quam Samia terra obtinet, imo nonnunquam etiam majorem. Caeterum durante hac immani et gravi peste, allata ad me et alia quaedam terra est ex Armenia ea quae Cappadociae finitima est, siccantior, colore pallido. Lapidem qui donarat non terram appellabat: promptissimeque in laevorem folvitur, ceu etiam calx, sic enim videlicet nuncupo petram combustam. Verum uti nec in illa arenosum quippiam apparet, ita nec in Armenia. Nam posteaquam in mortario pistillo comminuta est, adeo est laevis, nec plus est lapidea quam aut calx aut Samius aster, tametsi non aeque ut aster laevis est. Itaque illo etiam magis conspissata est minusque aëria, quamobrem opinionem ac phantasiam praebet iis, qui negligentius intuentur, quasi lapis esset. Caeterum quod ad praesentia at-

αὐτὴν ὀνομάζειν, εἰδότας ἄκρως ξηραίνουσαν. ἐπί τε γὰρ δυσεντεριῶν καὶ τῶν κατὰ γαστέρα ῥευμάτων, αἵματός τε πτύσεως καὶ κατάῤῥου καὶ προσέτι τῶν κατὰ τὸ στόμα σηπεδονωδῶν ἑλκῶν ἁρμόττει μάλιστα. καὶ μέντοι καὶ τοὺς ἀπὸ κεφαλῆς εἰς θώρακα ῥευματιζομένους ὀνίνησι μεγάλως, ὥστε καὶ τοὺς διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν συνεχῶς δυσπνοοῦντας ἰσχυρῶς ὠφελεῖ. καὶ μέντοι καὶ ὅσοι φθόῃ κάμνουσιν, καὶ τούτους ὀνίνησιν. [253] ξηραίνει γὰρ αὐτῶν τὸ ἕλκος, ὡς μηδὲ βήττειν ἔτι, πλὴν εἰ κατὰ τὴν δίαιταν ἁμαρτάνοιεν ἀξιολόγως ἢ τὸ περιέχον ἐξαιφνίδιον εἰς δυσκρασίαν μεταπέσοι. καί μοι δοκεῖ, καθάπερ ἐπὶ τῶν συρίγγων ἐθεασάμεθα πολλάκις, οὐ μόνον ἐν ἄλλοις μορίοις, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ἕδραν ἄνευ τοῦ κολλύριον καθεῖναι τὸν ῥύπον ἢ τὸν τύλον ἐξαιροῦν τῆς σύριγγος, αὐτῷ μόνῳ τῷ ξηραίνοντι φαρμάκῳ προστελλομένας τε καὶ κλειομένας αὐτὰς, οὕτω κἀπὶ τοῦ κατὰ τὸν πνεύμονα συμβαίνειν ἕλκους. φαίνεται γὰρ καὶ τοῦτο διὰ τῶν ξηραινόντων φαρμάκων ὁμοίως ὀνινάμενον, ὅταν τε μέτριον ᾖ καὶ μὴ μέγα λίαν, ὥστ᾽ ἔδοξαν ἔνιοι τῶν ἐχόντων

tinet nihil intereſt lapidem an terram vocites, ſi id modo teneamus quod ſumme deſiccat. Siquidem ad dyſenterias et ventris profluvia, tum ſanguinis expuitiones et catarrhos, ad haec ad putreſcentia oris ulcera in primis competit. Quin et eos magnifice juvat quibus ex capite in thoracem fluxio decumbit, quamobrem illis, quibus ex tali occaſione aſſiduo difficilis eſt anhelitus, valide prodeſt. Sed et eos qui phthoë laborant adjuvat; ulcus enim eorum deſiccat, ut haud etiam tuſſiant, niſi in victu peccetur non leviter, aut ambiens derepente ad intemperiem recidat. Ac mihi videtur, quod ſicut in fiſtulis ſaepe conſpeximus, non in aliis partibus duntaxat, ſed in ipſo etiam ano, ut citra collyrii immiſſionem, quod ſordem et callum auferent, ipſo duntaxat deſiccante medicamento contraherentur ac clauderentur, ita quoque in pulmonis eveniat ulcere. Siquidem et ipſum ab exiccantibus juvari medicamentis perinde conſpicitur, utique quum mediocre eſt non admodum magnum. Itaque viſi ſunt quidam eorum, qui talia habebant, prorſum eſſe liberati. Ac

Ed. Chart. XIII. [253.] Ed. Baf. II. (120. 121.)

αὐτὰ τελείως ἀπηλλάχθαι, καὶ τῶν γ᾽ εἰς τὴν Λιβύην ἀπὸ Ῥώμης διὰ τοιαύτην αἰτίαν πορευθέντων ἔνιοι τελείως ἐπείσθησαν ὑγιεῖς εἶναι, καὶ μέχρι γέ τινων ἐτῶν ἀμέμπτως διήγαγον, εἶθ᾽ ὕστερόν ποτε πάλιν ἀφυλακτότερον αὐτοῖς διαιτηθεῖσιν ὑποστροφὴ τοῦ νοσήματος ἐγένετο. τούτους οὖν, ὡς ἔφην, ἡ ἐκ τῆς Ἀρμενίας βῶλος ἐναργῶς ὠφέλησε καίτοι γ᾽ ἐν Ῥώμῃ διατρίβοντας, ἔτι τε μᾶλλον τοὺς δυσπνοοῦντας συνεχῶς. ἐν δὲ τῷ μεγάλῳ τούτῳ λοιμῷ παραπλησίῳ τὴν ἰδέαν ὄντι τῷ κατὰ Θουκυδίδην γενομένῳ πάντες οἱ πιόντες τούτου τοῦ φαρμάκου διὰ ταχέων ἐθεραπεύθησαν, ὅσους δ᾽ οὐδὲν ὤνησεν ἀπέ(121)θανον πάντες, οὐδ᾽ ὑπ᾽ ἄλλου τινὸς ὠφελήθησαν, ᾧ καὶ δῆλον ὅτι μόνους τοὺς ἀνιάτως ἔχοντας οὐκ ὠφέλησε. πίνεται δὲ μετ᾽ οἴνου λεπτοῦ τὴν σύστασιν, κεραμένου μετρίως μὲν, εἰ ἀπύρετος εἴη παντάπασιν ὁ ἄνθρωπος ἢ βραχὺ πυρεταίνοι, πάνυ δ᾽ ὑδαροῦς, εἰ πυρέττοι μειζόνως. οὐ μὴν οὐδὲ σφοδροὶ κατὰ τὴν θερμασίαν εἰσὶν οἱ λοιμώδεις πυρετοί. περὶ δὲ τῶν ξηρανθῆναι δεομένων ἑλκῶν τί δεῖ καὶ λέγειν ὁπηλίκην ἔχει δύναμιν ἡ

quidam, qui Roma in Libyam talem ob causam profecti sunt, plane se sanos esse credidere, et sane usque ad annos aliquot inculpate transigebant, postea vero quum non pari degerent cura et cautione, reditus morbi apparuit. Hos ergo, ut dixi, bolus Armenia evidenter adjuvit. Quin et eos, qui Romae agunt, qui assiduo difficultate spirandi discruciantur, magis etiam. Porro in magna hac peste, cujus eadem facies fuit atque ejus quae Thucydidis memoria grassabatur, quotquot hoc medicamentum bibere, celeriter curati sunt. At quibus non profuit, omnes interiere, scilicet quum nec alio quovis juvarentur. Unde colligitur quod iis duntaxat non fuerit auxilio, qui plane erant incurabiles. Caeterum bibitur ex vino albo consistentia tenui modice diluto, si aut plane febri careat aut leviter ea teneatur, sin gravius febriat, admodum aqueo. Non tamen calore vehementes sunt febres pestilentiales. Porro de ulceribus resiccari postulantibus quid attinet dicere quantam vim habeat bolus haec Ar-

Ἀρμενικὴ βῶλος αὕτη; καλεῖν δ' ἔξεστί σοι, καθάπερ ἔφην, καὶ λίθον αὐτὴν, ὡς ὁ δοὺς ὠνόμαζεν, καὶ γῆν, ὡς ἂν ἐγὼ φαίην, ἐπειδὴ καὶ τέγγεται τοῖς ὑγροῖς.

Κεφ. β'. Περὶ λίθων. [α'. Περὶ ἐνεργουσῶν ποιοτήτων τῶν λίθων.] Τῶν αὐτοφυῶν σωμάτων εἰσὶ καὶ αἱ λίθοι, διαφέρουσαι τῆς συνήθως ὀνομαζομένης γῆς τῷ μὴ τέγγεσθαι. δυνάμεις δ' ἔχουσι τὰς μὲν κατὰ τὴν ἰδιότητα τῆς ὅλης οὐσίας, τὰς δὲ κατὰ τὰς δραστικὰς ποιότητας. ὅπως δ' ἀλλήλων διαφέρει ταῦτα πρόσθεν εἴρηται. νῦν οὖν ὁ λόγος ἡμῖν ἔστω περὶ τῶν κατὰ τὰς δραστικὰς ποιότητας ἐνεργουσῶν, ἐν αἷς ἐστι καὶ ἡ τῆς χρήσεως αὐτῆς μέθοδος. ἐδείκνυντο γὰρ αἱ κατὰ τὴν ἰδιότητα τῆς ὅλης οὐσίας δυνάμεις ἀμέθοδοί τ' εἶναι καὶ ἄλογοι καὶ δι' ἐμπειρίας μόνης γινωσκόμεναι. διὰ τί γὰρ ἥδε ἡ λίθος ἁψαμένη τραύματος αἱμοῤῥαγοῦντος ἐπέχει τὴν φορὰν οὐκ ἴσμεν· διὰ τί μέντοι τὸν αἱματίτην καλούμενον λίθον ἐμβάλλουσιν ὀφθαλμικαῖς δυνάμεσιν ἴσμεν, ἔστι γὰρ εὕρημα λόγου τὸ τοιοῦτον. ἐὰν

menica? Liberum est autem utcunque appellare velis, sive lapidem, ut is qui mihi donavit, sive terram, ut ego, quandoquidem humidis rigari patitur.

Cap. II. *De lapidibus.* [1. *De lapidum qualitatibus effectricibus.*] Ex sponte natis corporibus sunt et lapides, hoc diversi a nuncupata vulgo terra, quod rigari non sustinent. Vires habent partim secundum totius substantiae proprietatem, partim secundum qualitates effectrices. Porro ut haec inter se differant superius docui. Nunc autem sermo nobis esto de illis, quae secundum effectrices agunt qualitates, in quibus sane est et utendi ratio ac methodus. Siquidem, ut ostendimus, facultates quae proprietatis totius substantiae ratione insunt, a methodo ac ratione alienae sunt et per solam noscuntur experientiam. Nam cur hic lapis tacto vulnere, unde sanguis prorumpit, cursum ejus reprimat ac sistat, haud novimus. At cur lapis quem vocant haematitem in oculares facultates indatur, haud latet; nam id rationis inventum est. Si enim in cote oculari

γοῦν ἐπ' ἀκόνης ὀφθαλμικῆς ἀποτρίψας μεθ' ὕδατος αὐτὰ εἰς πάχος μέλιτος ἐθελήσῃς γενέσθαι, στυφούσης αἰσθήσῃ δυνάμεως. ἔμαθες δ' ὅτι τὰς αὐξανομένας ἔτι φλεγμονὰς, καὶ μάλιστα ἐν νευρώδεσι μορίοις, ἀποκρούεσθαι δεῖ τοῖς στύφουσι φαρμάκοις. ὅταν δὲ μηκέτ' ἐπιῤῥέῃ τὸ αἷμα τῷ μέρει, προσμιγνύναι τοῖς στύφουσι τὰ διαφοροῦντα, καὶ κατὰ βραχύ γε μεταβαίνειν ἐπ' αὐτὰ μόνα. περὶ μὲν οὖν τῶν τοιούτων δυνάμεων ἐν ταῖς λίθοις ἐροῦμεν, ἀναμνήσαντες πρότερον ὧν ἐπὶ πλεῖστον δηλοῦμεν ἐν τοῖς πρὸς τοὺς ἐπιτιμῶντας τοῖς σολοικίζουσιν τῇ φωνῇ. [254] τούτων γάρ ἔνιοι λίθον ἀῤῥενικῶς οὐκ ἐπιτρέπουσι λέγειν, ἀλλ' ἐὰν εἴπῃς, ἔμβαλλον τὸν λίθον ἐπὶ τὸν κύνα, κεκράγασιν ὡς αὐτοὶ πεπληγμένοι λίθῳ τὴν κεφαλήν· ὥσπερ γε καὶ ἂν τὸν δρῦν εἴπῃ τις, ὡς ξύλῳ πεπληγότος ἐκβοῶσιν. ἐὰν οὖν ἐκείνοις τις πειθόμενος τὰ συνήθη τοῖς ἰατροῖς ὀνόματα μεταῤῥυθμίζῃ, τὴν λίθον λέγων τὴν αἱματῖτιν καὶ τὴν πυρῖτιν καὶ τὴν γαλακτῖτιν καὶ τὴν σχιστὴν, ὡς περίεργος τε καὶ παράσημος καταγνω-

cum teras cum aqua, donec mellis crassitiem accipiat, astringentem facultatem, si gustare volueris, percipies. Atqui didicisti, quod phlegmonas etiamnum glifcentes potissimum, quae contingunt in partibus nervosis, restringentibus medicamentis repercutere oporteat, at ubi haud etiam sanguis in partem affluit astringentibus medicinis, quae digerant adjungere et sensim ad ipsa sola transire. Atque de hujusmodi quidem facultatibus in lapidibus differemus, ubi ea prius in memoriam revocarimus, de quibus fuse loquuti sumus in libro contra eos conscripto qui insultant iis qui voce soloecismum committunt. Nam horum quidam λίθον masculino genere efferri non sinunt, verum si dicas, ἔμβαλλον τὸν λίθον ἐπὶ τὸν κύνα, non aliter vociferantur, quam si ipsis in caput lapis esset conjectus, velut etiam siquis dixerit τὸν δρῦν quercum sonat, exclamant tanquam fuste percussi. Itaque siquis eorum suasu consueta medicis nomina mutare in animum inducat dicens τὴν λίθον, τὴν αἱματῖτιν et τὴν πυρῖτιν et τὴν γαλακτῖτιν et τὴν σχιστὴν, ut curiosus saepe,

σθήσεται, πάντων ἐξ ἔθους ἤδη παλαιῶν λεγόντων ἀῤῥενικῶς τὰς διαφορὰς αὐτῶν, αἱματίτην, πυρίτην, γαλακτίτην, μελιτίτην, γαγάτην, σχιστὸν, Φρύγιον, Ἀράβιον, Μεμφίτην. ἔμπαλιν δὲ τὴν πέτραν λέγουσιν θηλυκῶς, οὐ τὸν πέτρον ἀῤῥενικῶς. Ἀσίαν οὖν πέτραν ὀνομάζουσιν, οὐκ Ἄσιον πέτρον, τὸν λίθον Ἄσιον. οὕτως δὲ καὶ Ἀσίας πέτρας ἄνθος, ἐκ πέτρας δὲ κεκαυμένης φασὶ γίνεσθαι τὴν τίτανον. ὅ γε μὴν Ταραντῖνος Ἡρακλείδης καὶ ἄλλοι τινὲς οὐκ ἐκ πάσης λίθου φασὶ γίγνεσθαι τὴν τίτανον, ἀλλ᾽ ἐκ μόνης γε τῆς πέτρας, ὀνομάζοντες οὕτως κατ᾽ ἐξοχὴν τῶν λίθων μίαν τὴν σκληροτάτην. ἐγὼ γοῦν ἐξεπίτηδες εἴωθα, μεταβάλλων τὰ ὀνόματα, λέγειν ἑκατέρως ἅπαντα τὰ τοιαῦτα, περὶ ὧν ἀχρήστως ἐρίζουσιν ἔνιοι, δεικνὺς ἔργῳ μηδὲν βλαπτομένην τὴν σαφήνειαν τῆς ἑρμηνείας, ὁποτέρως ἂν τις εἴπῃ. θαυμαστὸν δ᾽ οὐδὲν τοὺς ἀγνοοῦντας ὅτι τῆς κατὰ φύσιν ἑρμηνείας ἤτοι μίαν μόνην ἀρετὴν θετέον εἶναι τὴν σαφήνειαν, ἢ πρώτην γε τῶν ἄλλων ἁπασῶν καὶ ἀρίστην, εἰς τοσούτους λήρ

et ftolidus damnabitur; nimirum quum veteres ex more omnes mafculine efferant eorum differentias, αἱματίτην, πυρίτην, γαλακτίτην, μελιτίτην, γαγάτην, σχιστὸν, Φρύγιον, Ἀράβιον, μεμφίτην. E contrario vero τὴν πέτραν foemi-nine pronunciant, non τὸν πέτρον mafculine. Nam Ἀσίαν πέτραν, non Ἄσιον πέτρον nominant λίθον Ἄσιον, lapidem Afium, ceu etiam Afiae petrae florem. Porro ex petra combufta calcem fieri dicunt. Attamen Heraclides Tarentinus et alii nonnulli non ex quovis lapide calcem fieri volunt, fed ex fola petra, nuncupantes ita per excellentiam folum qui fit lapidum duriffimus. Equidem ego vel ex induftria et ftudio confuevi mutatis invicem nominibus utroque modo talia efferre, de quibus inutiliter nonnulli rixantur, id re ipfa commonftrans, nihil offendi enarrationis claritatem, utrovis modo quis dixerit. Caeterum mirandum non eft qui ignorant enarrationis fecundum naturam aut unam folam habendam virtutem, ipfam fcilicet perfpicuitatem ac claritatem, aut certe omnium aliarum primam atque

ρους ἐκτρέπεσθαι. περὶ πρώτων οὖν ἐρῶ λίθων ὅσοι παρατριβόμενοι θυίαις ἢ ἀκόναις εἰς χυλὸν ἀναλύονται.

[β'. Περὶ αἱματίτου, γαλακτίτου καὶ μελιτίτου.] Εἷς δέ τις ἐστι τῶν τοιούτων καὶ ὁ καλούμενος αἱματίτης, ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν χρόαν ὁμοιότητος οὕτως ὠνομασμένος, ὥσπερ γε καὶ ὁ γαλακτίτης, ἐπειδὴ κἀκεῖνος εἰς χυλὸν λυθεὶς ὅμοιος φαίνεται γάλακτι. παραπλήσιον δ' αὐτῷ κατὰ τὴν χρόαν τὸν χυλὸν ἐργαζόμενος ὁ μελιτίτης, ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν γεῦσιν ὁμοιότητος οὕτως ὠνόμασται. δέδεικται δ' ἐν τῷ τετάρτῳ τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων ὁ μὲν γλυκὺς ἅπας χυλὸς ὑπὸ συμμέτρου θερμασίας τοιοῦτος γινόμενος, ὁ δὲ στύφων ὑπὸ ψύξεως. ἕξει τοιγαροῦν ὁ μὲν αἱματίτης λίθος τοσοῦτον τῆς ψύξεως, ὅσον καὶ τῆς στύψεως, ὁ δὲ μελιτίτης σύμμετρον θερμότητα, μέσην δ' ἀμφοῖν κρᾶσιν ὁ γαλακτίτης. εἰκότως οὖν ἐτόλμησαν οἱ ἰατροὶ ταῖς ὀφθαλμικαῖς δυνάμεσιν μιγνύναι τὸν αἱματίτην λίθον. καὶ μόνῳ δ' ἂν αὐτῷ χρήσαιο τραχέων γεγονότων βλεφάρων, εἰ μὲν ἅμα φλεγμονῇ τοιαῦτ' εἴη γεγονότα, δι' ᾠοῦ τὴν ἄνεσιν ποιούμενος, ἢ μᾶλ-

optimam, si ad tantas vertuntur nugas. Itaque de iis lapidibus primum differam qui mortarii aut cotis attritu in liquorem succumve solvuntur.

[2. *De haematite, galactite et melitite.*] Porro talium quoque unus est haematites quem vocant, a coloris similitudine ita nominatus, sicut quod galactites, quando et ipse in succum solutus lacti similis conspicitur. Huic autem colori adsimilem succum efficiens, melitites a mellis similitudine, quod gustu repraesentat nuncupatus est. Porro ostensum in quarto horum commentariorum est quod succus omnis dulcis a temperato calore talis eveniat, astringens vero a frigore. Habebit ergo lapis haematites tantum frigiditatis quantum habet astrictionis. Melitites vero calorem temperatum, mediam autem utriusque temperiem galactites. Merito itaque ausi sunt medici ocularibus facultatibus lapidem miscere haematiten. Ac solo eo uti possis palpebris exasperatis, si quidem quum phlegmonae asperae sunt redditae, ex ovo ipsum diluens, ac si magis etiam per deco-

λαιον ἔτι διὰ τήλεως ἀφεψήματος· εἰ δὲ χωρὶς φλεγμονῆς, δι' ὕδατος. ἄρχου δ' ἀεὶ μὲν ἀπὸ μετρίως ὑγροῦ διὰ τῆς μήλης ἐγχέων, ὅταν δ' ὅτι φέρει τὴν δύναμιν αὐτοῦ θεάσῃ, παχύτερον ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἐργάζου. καὶ τελευτῶν οὕτω παχὺ ποιήσεις ὡς διὰ μήλης πυρῆνος ὑπαλείφειν καθ' ὑποβολὴν ἢ ἐκτροπὴν τοῦ βλεφάρου. ὁ δ' αὐτὸς οὗτος λίθος ὁμοίως ἐπ' ἀκόνης ἀποτριβόμενος αἵματος πτύσεσιν ἁρμόττει καὶ πᾶσιν ἕλκεσιν. ξηρὸς δὲ λειωθεὶς ὡς χνοώδης γενέσθαι καταστέλλει τὰ ὑπεραρκοῦντα. χρῆται μὲν οὖν οὐδεὶς αὐτῷ μόνῳ καθ' αὐτόν. ἐγὼ δ' ἐφ' ὧν εἶπον ἐχρησάμην, [255] ἐκ τῆς κατὰ τὴν γεῦσιν ποιότητος εὑρὼν τὴν δύναμιν, εἶτα τῇ πείρᾳ βασανίσαι βουληθεὶς εἰ καλῶς ἐτεκμηράμην. καὶ αὐτὰ δὲ τὰ κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἕλκη συνουλοῖ μόνος αὐτὸς, ἀποτριβόμενος μὲν, ὡς ὀλίγον ἔμπροσθεν εἶπον, ἤτοι δ' ἐγχυματιζόμενος ἢ ὑπαλειφόμενος. ἐβασάνισα γὰρ καὶ τοῦτο τῇ πείρᾳ.

[ξθ'. *Περὶ σχιστοῦ καὶ ἄλλων πολλῶν λίθων.*] *Τούτῳ* δὲ τῷ λίθῳ παραπλησίαν μὲν, ἀσθενεστέραν δὲ τὴν δύναμιν

cinqui foenigraeci; sin vero citra phlegmonen, ex aqua. Incipito vero semper a modice humido per specillum infundens, ubi autem quod vires ejus ferat conspexeris, magis ac magis crassum efficies, ac tandem adeo crassum facies, ut specilli cuspide inungas secundum subjectionem aut eversionem palpebrae. Hic idem lapis similiter in cote contritus sanguinis exspuitioni competit omnibusque ulceribus. Porro siccus si ad tenuem redactus fuerit lanuginem, ut pollinem tenuitate aequet, reprimit excrescentia. Atque eo nullus solo atque per sese utitur. Ego vero ad ea quae dixi usus sum facultate ejus ex gustus qualitate comperta, quum mox experientia periclitari vellem num quid recte conjecissem. Et ipsa quidem oculorum ulcera solus per se cicatrice includit, ut paulo ante comprehensum est, attritus, caeterum aut effusus aut inunctus; nam id et experientia exploratum habeo.

[69. *De schisto ac multis aliis lapidibus.*] Huic lapidi persimilem vim obtinet, verum infirmiorem, is qui

μιν ὁ σχιστὸς καλούμενος ἔχει, καὶ μετ' αὐτὸν ὁ γαλακτίτης. ὁ δὲ μελιτίτης, ὡς ἔφην, ἤδη τι καὶ θερμότητος προσείληφεν. ἕκαστος οὖν αὐτῶν ὁ ἀποχωρῶν κατὰ βραχὺ τῆς τοῦ αἱματίτου δυνάμεως ἐπὶ μὲν τῶν ὀφθαλμῶν ὁμοίως εἰς χρῆσιν ἄγεται, πρᾳότερος δέ ἐστιν· ἀεὶ δὲ τὰ πρᾳότερα φάρμακα τοῖς μὲν ἔτι φλεγμαίνουσι μορίοις ἐστὶ προσηνέστερα, τοῖς δ' ἀποφλεγμήνασιν μορίοις ἀσθενέστερα πρὸς τὸ τέλος ἐξυγιάσαι. κοινοῦ δὲ τοῦ ξηραίνειν ἅπασι τοῖς λίθοις ὑπάρχοντος, ὅσοι μὲν αὐτῶν ἢ εἰς χυλὸν λυθέντες ἢ ἄλλως λειωθέντες οὐδεμίαν ἐν ἀρχῇ κατὰ τὴν γεῦσιν ἔχουσι ποιότητα, τούτους μὲν ἡγητέον ἀσθενεστάτους τ' εἶναι καὶ προσηνεστάτους καὶ ἀδηκτοτάτους. ὅσοι δὲ φαίνονταί τινα σαφῆ ποιό(122)τητα κατὰ γεῦσιν ἐνδεικνύμενοι, τῆς ποιότητος ἀνάλογον ἔχουσι τὴν ἰσχύν· εἰ μὲν στύφοιεν, εἰς τὸ καταστεῖλαι καὶ σφίγξαι καὶ πιλῆσαι καὶ συναγαγεῖν, εἰ δὲ δάκνοιεν, εἰς τὸ θερμῆναί τε καὶ διαφορῆσαι καὶ τῆξαι, μέσοι δ' αὐτῶν εἰσὶν οἱ ῥύπτοντες μόνον ἄνευ τοῦ στύφειν ἢ δάκνειν. ὁ μὲν οὖν αἱματίτης καὶ ὁ σχιστὸς, ὅ τε γαλακτίτης καὶ ὁ μελι-

vocatur fchiftus, ac poft eum galactites. At melitites caliditatis etiam nonnihil, ut dixi, adjunxit. Ut itaque unusquisque leviter ac fenfim ab haematitis facultate recedit, ita ad oculos in ufum ducitur, eft tamen mitior. Porro mitiora remedia partibus etiamnum phlegmone afflictis femper gratiora funt atque jucundiora, caeterum liberis jam phlegmone partibus infirmiora quam quae perfanare valeant. Porro quum lapidibus omnibus commune fit, ut deficcent, quotquot ex iis in fuccum foluti, aut alioqui ad laevorem triti, nullam evidentem qualitatem in guftu obtinent, hos putandum eft effe tum infirmiffimos tum mitiffimos tum minime mordaces. At qui manifeftam guftui qualitatem offerunt, hi pro qualitatis proportione potentiam poffident, ac fi quidem aftringant, ad comprimendum, conftringendum, fpiffandum et contrahendum, fi vero mordicent, ad calefaciendum, digerendum et liquandum, medii eorum funt qui abftergent citra aftrictionem aut mordicationem. Igitur haematites, fchiftus, galactites ac melitites in fuc-

τίτης εἰς χυλὸν ἀναλύονται, παρατριβόμενοι, καθάπερ εἶπον, ἀκόναις τε καὶ θυίαις, ὄντων καὶ ἄλλων εἰς χυλὸν λυομένων λίθων, ὥσπερ οὗτος ὁ κατ' Αἴγυπτον γεννώμενος, ᾧ χρῶνται στιλπνοῦντες τὰς ὀθόνας. ἔστι δ' ἀποιότερος τῶν εἰρημένων, οὔτε στύψιν οὔτε ῥύψιν οὔτε δῆξιν ἐμφαίνων. ὅθεν αὐτὸ δὴ τοῦτο μόνον ὑπάρχει τῷ λίθῳ τούτῳ τὸ ξηραίνειν, καὶ διὰ τοῦτο κηρωτῇ μιγνύντες αὐτὸν εἰς ἐπούλωσιν ἑλκῶν ἐπὶ τῶν μαλακῶν σωμάτων χρῶνται. μίγνυνται δὲ καὶ ταῖς ὀφθαλμικαῖς δυνάμεσιν ὁμοίως τοῖς προειρημένοις. ὅσῳ δ' ἐστὶ μαλακτικώτερος αὐτῶν διὰ τὸ μηδεμίαν ἔχειν δραστικὴν ποιότητα, τοσούτῳ μετριώτερός τε καὶ ἀναισθητότερος ὑπάρχει. τοῦτον τὸν λίθον ἔνιοι μὲν μόροξον, ἔνιοι δὲ γραφίδα καλοῦσιν.

[δ'. *Περὶ τοῦ Διοσκουρίδου θυΐτου.*] Ἁπάντων δὲ τῶν εἰρημένων λίθων ἰσχυροτέραν ἔχει δύναμιν ὁ ἐκ τῆς Αἰθιοπίας κομιζόμενος, ὑπόχλωρός πως, ὡς ἴασπις ὀνομαζόμενος. ἀνιέμενος οὗτος ὁ λίθος εἰς χυλὸν γαλακτώδη κατὰ τὴν χρόαν δακνώδη τοῖς γενομένοις, καὶ διὰ τοῦτ' αὐτὴν οὐδεὶς ἔμιξεν

cum folvuntur quo pofui modo ad cotem aut mortarium attriti, quum fint et alii lapides in fuccum folubiles, ut qui in Aegypto nafcitur, quo utuntur ad fplendorem linteis conciliandum. Eft autem omnium dictorum minime qualitatis particeps, nec aftrictionem nec morfum nec abfterfionem prae fe ferens. Quocirca hoc ipfum duntaxat lapidi huic ineft, quod deficcet videlicet. Proinde cerato eum mifcentes, ad cicatricem ulceribus inducendam in mollibus corporibus ufurpant. Sed et ocularibus mifcetur facultatibus perinde ut modo dicti. At quanto eft majore emolliendi vi quam praedicti, quod nullam videlicet effectricem qualitatem habeat, tanto etiam moderatior eft magisque dolorem levat. Hunc lapidem quidam moroxum, nonnulli leucographida nuncupant.

[4. *De thyite Diofcoridis.*] Omnium dictorum lapidum valentiffimam vim habet is, qui ex Aethiopia affertur, quadantenus fubviridis, ut jafpis quem vocant. Solvitur hic lapis in fuccum colore lacteum, guftu vero mordacem, ac

ὀφθαλμικαῖς δυνάμεσιν, οὔτ' ἀποκρουστικαῖς ῥευμάτων οὔθ' ἑλκῶν ἰατικαῖς, ἀλλὰ μόνον εἰς τὸ καθῆραί τε καὶ ῥύψαι τὰ χωρὶς φλεγμονῆς ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις, ἐξ ὧν εἰσι κα αἱ πρόσφατοι τῶν οὐλῶν, ἃς λεπτύνειν πέφυκεν. ἀποῤῥύπτει δὲ καὶ τὰ μὴ πάνυ σκληρὰ τῶν πτερυγίων.

[ε'. Περὶ Ἰουδαϊκοῦ.] Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος λίθος ἰσχυρότερος τὴν δύναμιν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ Συρίᾳ γινόμενος, λευκὸς μὲν τὴν χρόαν, [256] εὔρυθμος δὲ κατὰ τὸ σχῆμα καὶ γραμμὰς ἔχων ὡς ἀπὸ τόρνου γεγονυίας. ὀνομάζουσι δ' αὐτὸν ἀπὸ τῆς χώρας ἐν ᾗ γεννᾶσθαι πέφυκεν Ἰουδαϊκόν, καὶ χρῶνται πρὸς τοὺς ἐν τῇ κύστει λίθους, ἀνιέντες μὲν ἐπ' ἀκόνης, ποτίζοντες δὲ δι' ὕδατος θερμοῦ κυάθων τριῶν. ἡμεῖς δ' ἐφ' ὧν ἐπειράθημεν οὐδὲν ἤνυσεν ὡς πρὸς τοὺς ἐν κύστει λίθους, ἐπὶ δὲ τῶν ἐν νεφροῖς συνιςαμένων ἐστὶ δραστήριος.

[ςτ'. Περὶ πυρίτου.] Εἷς τῶν ἰσχυρὰν δύναμιν ἐχόντων ἐστὶν καὶ ὁ πυρίτης ὀνομαζόμενος, ᾧ χρώμεθα μιγνύντες ἐμπλάστρῳ διαφορητικῷ. προσεμβάλλεται δ' αὐτῇ καὶ ὁ

proinde illum nemo ocularibus miscet facultatibus, nec fluxiones repercutientibus neque ulcera sanantibus, sed tantum ad urgandum et abstergendum quae pupillam obtenebrant absque phlegmone, ex quibus sunt cicatrices recentes, quas attenuare potest. Sed et oculorum ungues, utique si non admodum duri fuerint exterget.

[5. De *Judaico.*] Est et alius lapis viribus valentioribus in Palaestina Syria proveniens colore candido, specie concinna, lineas habens ceu torno ductas, appellitant eum a loco in quo nasci consuevit Judaïcum. Utunturque ad vesicae lapides, in cote solventes et ex aquae calidae tribus cyathis potui praebentes. Sane in quibus nos experti sumus profuit nihil, quod ad lapides vesicae pertinet, verum ad eos qui in renibus haerent efficax est.

[6. De *pyrite.*] Unus eorum qui validam facultatem possident est pyrites quem vocant, quo utimur digerenti emplastro adiecto, adjicitur ei et schistos. Ab hoc medi-


ASHMOLEAN OXFORD MUSEUM

Ed. Chart. XIII. [a56.] 'Ed. Bas. II. (125.)

σχιστός. ὑπὸ τούτου τοῦ φαρμάκου καὶ πτύον μὲν πολλάκις, ἀλλὰ καὶ θρομβώδης σύστασις ἐν ταῖς μεταξὺ χώραις τῶν μυῶν γινομένη διεφορήθη. κεκόφθαι δὲ καὶ λελειῶσθαι πάνυ σφόδρα χρὴ τοὺς λίθους ἅπαντας ὅταν εἰς χρῆσιν ἄγωνται, παραπλησίως τοῖς εἰς τὰς ὀφθαλμικὰς δυνάμεις μιγνυμένοις. εἰ μὴ γὰρ χνοώδεις γεννηθεῖεν ὡς εἰς τὸ βάθος καταδύεσθαι τῶν σωμάτων οἷς προσφέρονται, παραπλήσιοι μενοῦσι ταύταις ταῖς θαλαττίαις τε καὶ ποταμίαις ψάμμοις, αἵτινες καὶ αὐταὶ τὴν μὲν κοινὴν ἁπάντων λίθων δύναμιν ἔχουσιν. ξηραίνουσι γοῦν τὴν ὑπριδόν τε καὶ ὑδερώδη σάρκα, κατακλινομένων ἐν αὐταῖς τεθερμασμέναις τῶν καμνόντων. οὐ μὴν εἰς ἄλλο γέ τι χρώμεθα αὐταῖς, ὥσπερ τοῖς προειρημένοις εἰς ὀφθαλμικάς τε καὶ σταλτικὰς αἵματος καὶ ῥοῦ γυναικείου δυνάμεις, ἔτι τε κολλητικὸν ἑλκῶν, ἐπουλωτικόν τε καὶ σαρκωτικόν. ὅσοι γὰρ αὐτῶν οὐκ εἰσὶ δριμεῖς, εἰς ταῦτα πάντες εἰσὶ χρήσιμοι, καθάπερ οἱ δριμεῖς ὧν ὕστερον ἐμνημόνευσα, πρὸς τὸ ῥύψαι τε καὶ ἀποξῆσαι

camento et pus saepenumero et consistentia grumosa in spatiis intermediis musculorum nata, per halitum digesta sunt. Caeterum lapides omnes ubi in usum vocantur, admodum vehementer contusi, atque ad laevorem redacti esse oportet, similiter atque ea quae in ophthalmicas facultates miscentur. Etenim nisi pollinis instar comminuantur adeo ut in profundum corporum, quibus applicantur, subeant, assimiles manent istis marinis et fluviatilibus arenis, quae et ipsae communem omnium lapidum vim possident. Siquidem exiccant tumentem ab aqua inter cutem carnem, videlicet laborante in eis calefactis decumbente. Non tamen ad aliud quippiam eis utimur tanquam praedictis, puta ad ophthalmicas et sistentes tum sanguinem tum muliebre profluvium facultates, praeterea ad glutinandu ulcera, cicatrice claudenda, carne implenda. Nam qui ex eis acres non sunt, ad haec omnia sunt utiles, velut et acres, quorum posterius mentionem faciam, ad detergendum abstergendumque, tum

καὶ ἀφελκεῖν, λεπτῦναί τε καὶ διαφορῆσαι καὶ σφοδρῶς ξηρᾶναι καὶ τῆξαι.

[ζ. Περὶ φρυγίου.] Ταύτης τῆς δυνάμεως ἔχεται καὶ ὁ φρύγιος καλούμενος. ἀεὶ δ' αὐτῷ κεκαυμένῳ κέχρημαι, καὶ πρὸς μὲν τὰ σηπεδονώδη τῶν ἑλκῶν ἢ αὐτὸν καθ' ἑαυτὸν ἢ δι' ὄξους ἢ δι' οἰνομέλιτος ἢ δι' ὀξυκράτου. πρὸς ὀφθαλμοὺς δὲ ξηρὸν ποιῶν φάρμακον, ὃ πολλοὶ λαβόντες ἔχουσιν ἤδη παρ' ἐμοῦ. μίγνυμι δὲ αὐτῷ καὶ ἄλλα τινά. λεχθήσεται δὲ περὶ αὐτοῦ κατὰ τὴν περὶ συνθέσεως τῶν φαρμάκων πραγματείαν. νυνὶ δ' ἀρκεῖ περὶ τῆς καθόλου δεδηλῶσθαι δυνάμεως αὐτοῦ. ξηραίνει γὰρ ἰσχυρῶς, ἔχων τι καὶ στύψεως ἅμα καὶ δήξεως. εἴρηται δέ μοι κἂν τοῖς ἔμπροσθεν ἄριστά τε καὶ πολύχρηστα φάρμακα εἶναι πάντα τὰ μεμιγμένα, ἐν αὐτοῖς ἔχοντα τὰς δύο δυνάμεις, τήν τε ἀποκρουστικὴν καὶ διαφορητικήν.

[η'. Περὶ ἀγηράτου.] Ἔστι δὲ καὶ ὁ ἀγήρατος καλούμενος λίθος, ᾧ τοὺς σκυτοτόμους ὁρῶμεν χρωμένους, μικτῆς δ' ἐστὶ δυνάμεως στυπτικῆς τε καὶ διαφορητικῆς, ἀλλὰ περὶ μόνης τῆς στυπτικῆς σκεπτέον. ὠφελεῖ μὲν ἐναργῶς γαρ-

detrahendum, extenuandum, digerendum valenterque ſiccandum et colliquandum.

[7. *De phrygio.*] Hujus facultatis habetur et phrygius quem vocant. Sed eo ſemper utor combuſto quidem ad ulcera putrida, idque aut ipſo per ſe aut ex aceto aut oenomelite aut oxycrato, ad oculos vero medicamentum ſiccum efficiens, quod multi nunc acceptum a me obtinent. Miſcentur ei et alia quaepiam. Dicetur autem de ipſo in opere de componendis pharmacis. Nunc ſatis eſt de generali ejus facultate explicuiſſe. Valide enim deſiccat, habens quiddam aſtrictionis ſimul et mordicationis. Dictum vero ſuperius eſt ea eſſe omnia optima medicamenta plurimique uſus, quae mixtas in ſeſe haſce duas facultates habent, nempe repellentem et diſcutientem.

[8. *De agerato.*] Eſt autem lapis ageratus quem vocant, quo utuntur coriarii facultatis mixtae, aſtringentis ſcilicet et digerentis. Sed de ſola aſtringente conſiderandum.

γαργεῶνας φλεγμαίνοντας, οὐ μὴν γευομένοις γε σαφῆ στύψιν ἔχων ἢ δριμύτητα φαίνεται.

[θ'. Περὶ Ἀσσίου.] Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος λίθος ἐν Ἀσσῷ γεννώμενος, ὃν καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο καλοῦσιν Ἄσσιον, οὐ σκληρὸς ὡς αἱ πέτραι· πωροειδὴς γάρ ἐστι κατά τε χρόαν καὶ σύστασιν, εὔθρυπτός τε καὶ χαῦνος, [257] ἐπιτρέφεται δ' αὐτῷ παραπλήσιόν τι ἀλεύρῳ λεπτοτάτῳ, τῷ προσιζάνοντι τοῖς τοίχοις τῶν ἐν τοῖς μύλωσι διαττομένων ἀλεύρων. καλοῦσι μὲν οὖν τὸ φάρμακον τοῦτο πέτρας Ἀσίας ἄνθος. ἔστι δὲ λεπτομερὲς, ὡς ἀδήκτως τὰς πλαδαρὰς σάρκας ἐκτήκειν. ὁμοίαν δ' αὐτῷ δύναμιν ἔχουσα καὶ ἡ πέτρα καθ' ἣν γεννᾶται τῷ σφοδρῷ τῆς ἐνεργείας ἀπολείπεται. πλεονεκτεῖ γὰρ αὐτῆς τὸ ἄνθος οὐ μόνον τῷ μᾶλλον ἐκτήκειν καὶ διαφορεῖν καὶ ταριχεύειν, ἀλλὰ καὶ τῷ χωρὶς δήξεως ἰσχυρῶς ταῦτα ποιεῖν. ἔχει δέ τι καὶ ἁλμυρὸν ἐν τῇ γεύσει τουτὶ τὸ τῆς Ἀσίας πέτρας ἄνθος, ὡς εἰκάσαι τὴν γένεσιν ἴσχειν αὐτὸ, δρόσου τινὸς ἐκ θαλάττης ἐφιζανούσης τῇ πέτρᾳ, κἄπειτα ξηραινομένης ὑπὸ τοῦ ἡλίου.

Juvat quidem evidenter columellas phlegmone gravatas, non tamen apertam gustu astrictionem praeferre aut acrimoniam conspicitur.

[9. *De Assio.*] Est et alius lapis in Asso proveniens, quem ob id ipsum Assion cognominant, non durus ut petrae. Siquidem color illi est, pariterque consistentia ceu tophi, friabilis et laxus. Innascitur ei quiddam farinae tenuissimae simillimum, qualis in molarum parietibus adhaerere visitur. Appellitant hoc medicamentum petrae Asiae florem. Est vero et subtilium partium, ut sine morsu nimis molles carnes ac fluidas eliquet. Petra vero in qua nascitur, tametsi vim habeat illi similem, actionis tamen vehementia inferior est. Hoc enim ea potior est flos, non tantum, quod magis colliquet ac digerat et velut sale condita servet, sed et quia haec praestet absque vehementi mordicatione. Habet et salsedinem quandam in gustu hic Asiae petrae flos, ut conjectura sit illum nasci ex eo, quod ros quidam ex mari in petram residens postea a sole deficcetur.

[ι'. Περὶ γαγάτου καὶ θρᾳκίου.] Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος λίθος μέλας τὴν χρόαν, ὅταν ὁμιλήσῃ πυρὶ, παραπλησίαν ὀσμὴν ἀσφάλτου ποιῶν, ὃν ὁ Διοσκορίδης καὶ ἄλλοι τινὲς ἐν Λυκίᾳ φασὶν εὑρίσκεσθαι, κατὰ τὸν ποταμὸν ὄνομα Γαγάτην, ὅθεν περ καὶ αὐτῷ τῷ (123) λίθῳ τὴν προσηγορίαν εἶναι φαμέν. οὐ μὴν ἐγὼ εἶδον ἐκεῖνον τὸν ποταμὸν, καίτοι περιπλεύσας ὅλην Λυκίαν μικρῷ πλοίῳ τῆς ἱστορίας ἕνεκα τῶν ἐν αὐτῇ. πλακώδεις δὲ λίθους μελαίνας, εἰ κατὰ πυρὸς ἐπιτεθεῖεν, ἀσθενῆ φλόγα γεννῶντας ἐκόμισα πολλὰς ἐκ τῆς κοίλης Συρίας, ἐν τῷ λόφῳ γεννωμένας τῷ περιέχοντι τὴν νεκρὰν ὀνομαζομένην θάλασσαν, ἐν τοῖς ἀνατολικοῖς αὐτῆς μέρεσιν, ἔνθα καὶ ἡ ἄσφαλτος γίνεται. καὶ ἦν ἡ ὀσμὴ τῶν λίθων τῇ ἀσφάλτῳ παραπλησία. ἐχρησάμην δ' αὐτοῖς εἰς ἐμφυσήματα χρόνια κατὰ γόνυ γινόμενα δυσθεράπευτα, μιγνὺς ταῖς πρὸς τοῦτο τὸ σύμπτωμα πεπειρασμέναις δυνάμεσιν, καὶ σαφῶς ἔδοξεν ἡμῖν ἐναργεστέραν αὐτῶν πεποιηκέναι τὴν δύναμιν. ἔμιξα δ' αὐτὸν καὶ τῇ βαρβάρῳ καλουμένῃ καὶ σαφῶς ἐγένετο ξηραντικώτερον τὸ φάρμακον, ὡς καὶ κόλπους προστέλλειν, οὐ μόνον ἔναιμα τραύματα κολλᾷν

[10. *De gagate et thracio.*] Est et alius lapis colore atro, qui ubi igni admotus fuerit, persimilem bitumini odorem exhibet, quem Dioscorides nonnullique alii in Lycia inveniri prodiderunt ad fluvium nomine Gagatem, unde et ipsi lapidi nomenclaturam inditam dicunt. Ego tamen eum fluvium non vidi, tametsi parva navicula totius Lyciae littora legerim, quo videlicet quae in ea sunt inspicerem. Crustaceos vero lapides nigros et qui in ignem additi exilem flammam ederent, complures ex Coele Syria asportavi natos in colle mortuum mare quod vocant circundante qua orientem spectat, ubi et bitumen est, eratque lapidum odor similis bitumini. Utebarque eis ad inflationes in genu diuturnas et aegre curabiles, mixtis videlicet facultatibus, quae ad hoc symptoma probatae fuerant, planeque visus sum mihi evidentiorem earum facultatem reddidisse. Miscui vero ipsum et barbaro quam vocant et palam medicamentum effectum est exiccantius, adeo ut et sinus contraheret,

ἐφ' ὧν ἡρμοκέναι μάλιστα πεπίστευται. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη τις λίθος, ἧς καὶ Νίκανδρος μέμνηται γράφων οὕτως.

'Ηέ σύ γε Θρήϊσσαν ἐνὶ φλέξαις πυρὶ λίαν·
Εἶθ' ὕδατι ῥανθεῖσα ἐλάσεται, ἔσβεσε δ' αὐτὴν
Τυτθὸν, ὅτ' ὀσμήσηται, ἐπιῤῥανθέντος ἐλαίου,
Τὴν ἀπὸ Θρηϊκίου νομέες ποταμοῖο φέρουσιν,
Ὃν Πόντον καλέουσιν.

Ἀλλ' οὐδὲν ἐξ αὐτῆς ὤφελος ἐς ἰατρικὴν οὐδ' ὁ Νίκανδρος γράφει παρὰ τὴν δυσωδίαν, ἣ τὰ θηρία θυμιώμενα διώκει.

[ια'. Περὶ μαγνίτιδός τε καὶ ἡρακλείας.] Τῶν λίθων δ' ἐστὶ μία καὶ ἡ μαγνῖτις τε καὶ Ἡρακλεία καλρυμένη, παραπλησίαν ἔχουσα τῷ αἱματίτῃ τὴν δύναμιν.

[ιβ'. Περὶ Ἀραβίου.] Ὁ γε μὴν Ἀράβιος καλούμενος λίθος, ἐοικὼς ἐλέφαντι, ξηραντικῆς τε καὶ ῥυπτικῆς ἐστι δυνάμεως.

[ιγ'. Περὶ ἀλαβαστρίτου.] Καὶ ὁ ἀλαβαστρίτης δὲ κα-

nedum cruenta vulnera glutinaret, ad quae competere maxime creditur. Eſt et alius lapis, cujus meminit Nicander hunc in modum,

Si lapis uratur candenti Thracius igne et
Poſt madefiat aqua, flagrabit totus; at idem
Mox oleo affuſo penitus reſtinguitur. Adfert
Thracius hunc ad nos paſtor de flumine, nomen
Cui Pontus.

Verum nullus ejus in medicina uſus eſt; neque Nicander praeter graveolentiam quae ſuffitu feras fugat, quicquam ei aſcripſit.

[11. *De magnete et heracleio.*] Ex lapidibus unus eſt et magnites et Heracleius quem vocant, aſſimilem haematiti vim obtinens.

[12. *De Arabio.*] Attamen Arabius quem nominant, lapis elephanti ſimilis, deſiccantis abſtergentisque facultatis eſt.

[13. *De alabaſtrite.*] Et alabaſtrites vocatus unguis,

Ed. Chart. XIII. [257. 258.] Baf. II. (125.)

λειούμενος ὄνυξ εἰς χρείαν ἰατρικὴν ἔρχεται καυθείς. ἔνιοι δὲ καὶ ποτίζουσι τοὺς στομαχικοὺς αὐτήν.

[ιδ΄. Περὶ σμυρίδος.] Καὶ ἡ καλουμένη δὲ σμυρὶς, ὅτι μὲν ἱκανῶς ῥυπτικῆς ἐστι δυνάμεως, δῆλόν ἐστιν κἀκ τῶν χρωμένων αὐτῇ [258] δακτυλιογλύφων, εἰς τὴν τοιαύτην χρείαν, ἀλλ' ὅτι καὶ τοὺς ὀδόντας ἐργάζεται καθαροὺς ἐπειράθημεν.

[ιε΄. Περὶ κισσήρεως.] Εἰ δὲ καὶ ἡ κίσσηρις ἐν τοῖς λίθοις ἀριθμεῖτο, καὶ αὕτη τῆς αὐτῆς ἐστι δυνάμεως, ὅσον ἐπὶ τῷ ῥύπτειν, ὥσπερ γε καὶ τὸ ἐκ τῶν κεραμίδων ὄστρακον, ἔτι τε μᾶλλον αὐτοῦ τὸ ἐκ τῶν κλιβάνων, ἀλλ' ἥ γε σμυρὶς ἔχει τι δριμὺ, καὶ διὰ τοῦτο τινὲς αὐτὴν μιγνύουσι καυστικαῖς τε καὶ ξηραντικαῖς δυνάμεσι καὶ ταῖς θεραπευούσαις οὖλα πλαδαρά. καυθεῖσα δ' ἡ κίσσηρις οὐκ ἀπολείπεται σμύριδος εἰς τὰς αὐτὰς χρείας.

[ιστ΄. Περὶ λίθων τῶν ἐν τοῖς σπόγγοις.] Εἰσὶ δὲ καὶ οἱ ἐν τοῖς σπόγγοις εὑρισκόμενοι λίθοι θρυπτικῆς δυνάμεως, οὐ μὴν οὕτως ἰσχυρᾶς, ὥστε τοὺς ἐν τῇ κύστει λίθους θρύ-

in medicinae usum ingreditur combustus. Quidam eum bibendum dant stomachicis.

[14. *De smyride.*] Sed et vocata smyris, quod multam abstergentem habeat facultatem, clarum est vel ex eo, quod qui annulos exculpunt, eum in usum illo utantur. Quin etiam quod dentes puros efficiat experti sumus.

[15. *De cissere, pumice.*] Caeterum si pumex inter lapides recenseri potest et ipse ejusdem est facultatis, quod certe ad abstersionem attinet, velut etiam figulina testa, ac multo magis ea, quae fornacium est. Sed smiris acrimoniae quiddam obtinet. Proinde causticis et desiccantibus facultatibus a quibusdam miscetur, eisque, quae curant gingivas laxas ac mollitie fluidas. Pumex autem si comburatur, haud erit inferior eosdem ad usus smire.

[16. *De lapidibus, qui in spongiis reperiuntur.*] Lapides qui reperiuntur in spongiis frangendi vim obtinent, non tamen ita validam, ut lapides in vesica comminuant,

πτειν, ἀλλ' οἱ τοῦτο γράψαντες ἐψεύσαντο, τοὺς δ' ἐν νεφροῖς ὄντας θρύπτουσιν, ὥσπερ καὶ οἱ ἐκ τῆς Καππαδόκης, οὓς ἐν τῷ Ἀργαίῳ φασὶ γεννᾶσθαι. λύονται δ' εἰς χυλὸν οὗτοι γαλακτώδη κατὰ τὴν χρόαν, ὥστ' εὔδηλον ὅτι λεπτυντικῆς εἰσι δυνάμεως ἄνευ τοῦ θερμαίνειν ἐπιφανῶς.

[ιζ'. Περὶ ὀστρακίτου.] Τὸν δὲ ὀστρακίτην ὀνομαζόμενον λίθον ἐπαινούντων ἀκούω τινῶν ὡς ξηραντικὴν ἱκανῶς ἔχοντα δύναμιν ἐκ στύψεώς τε καὶ δριμύτητος ἐπιμεμιγμένην, ὥσπερ γε καὶ τὸν γεώδη καλούμενον ἀποκαθαίρειν τε τὰς κόρας καὶ τιτθῶν καὶ ὄρχεων ἰᾶσθαι φλεγμονὰς, ἐνιέμενοι ὕδατι. τό γε μὴν τῆς Ναξίας ἀκόνης ἀπότριμμα καὶ τιτθοὺς παρθένων κωλύει πρὸς ὥρας ἐμφυσᾶσθαι καὶ παίδων ὄρχεις, ὡς μετέχον δηλονότι καὶ καὶ ψυκτικῆς δυνάμεως.

[ιη'. Περὶ ὀφίτου.] Καὶ ὀφίτης δὲ καλούμενος λίθος καυθεὶς ῥυπτικῆς τε καὶ θρυπτικῆς ἐστι δυνάμεως, ὥσπερ γε καὶ ἡ ὕαλος. ἱκανῶς γὰρ καὶ αὐτὴ θρύπτει πινομένη μετ' οἴνου λευκοῦ καὶ λεπτοῦ τοὺς ἐν κύστει λίθους, ἀλλ' οὐκ ἄν τις αὐτὴν ἐν τοῖς λίθους ἀριθμοίη.

et qui id scriptum reliquerunt mentiti sunt. Verum eos qui in renibus consistunt rumpunt, velut qui ex Cappadocia conveluntur, quos in Argaeo nasci ajunt. Solvuntur autem hi in succum colore lacteum, ex quo liquet quod extenuandi vim obtinent, absque ut insigniter calefaciant.

[17. De ostracite.] Porro ostraciten vocatum lapidem praedicare quosdam audio quasi desiccandi valenter facultatem obtineat, temperatam ex astrictione et acrimonia. Velut geodem nomine, pupillas expurgare et uberum testiumque phlegmonas sanare, ex aqua videlicet inunctum. Attamen cotis Naxiae ramentum mammas virginibus suo tempore prohibet tumescere et puerorum testes, tanquam videlicet particeps facultatis refrigeratoriae.

[18. De ophite et vitro.] Sed ophites quem vocant lapis, ustus extergendi confringendique vim possidet, ceu etiam vitrum. Admodum enim ipsum ex vino albo ac tenui epotum lapides vesicae conterit atque confringit. Verum ipsum in lapidibus quispiam forte non numeret.

[ιη'. Περὶ χλωροῦ ἰάσπεως τε καὶ ὀμφατίτεως καὶ ἱερακίτου καὶ Ἰνδικοῦ.] Ἰδιότητα δέ τινες ἐνίοις λίθοις μαρτυροῦσι τοιαύτην, οἵαν ὄντως ἔχει καὶ ὁ χλωρὸς ἴασπις, ὠφελῶν τόν τε στόμαχον καὶ τὸ τῆς γαστρὸς στόμα περιαπτόμενον. ἐντιθέασί τε καὶ δακτυλίῳ αὐτὸν ἔνιοι καὶ γλύφουσιν ἐν αὐτῷ τὸν τὰς ἀκτῖνας ἔχοντα δράκοντα, καθάπερ καὶ ὁ βασιλεὺς Νεχεψὼς ἔγραψεν ἐν τῇ τεσσαρακαιδεκάτῃ βίβλῳ. τούτου μὲν οὖν τοῦ λίθου κἀγὼ πεῖραν ἱκανὴν ἔχω, καὶ ὁρμάθιόν γέ τι ποιήσας ἐκ λιθιδίων τοιούτων ἐξῆπτον τοῦ τραχήλου σύμμετρον οὕτως, ὡς ψαύειν τοὺς λίθους τοῦ στόματος τῆς γαστρός: ἐφαίνοντο δὲ μηδὲν ἧττον ὠφελοῦντες ἢ εἰ τὴν γλυφὴν οὐκ ἔχοιεν, ἣν ὁ Νεχεψὼς ἔγραψε. τὸν δ' ὀμφατίτην λίθον ἀνὴρ ἀξιόπιστος ὄντως ἔφη τοὺς ἐχεοδήκτους ὠφελεῖν περιαπτόμενον. ἀλλ' ἔξω τῆς κατὰ μέθοδον χρήσεως αἱ τοιαῦται δυνάμεις εἰσὶν, ὥσπερ γε καὶ τοῦ ἱερακίτου τε καὶ Ἰνδικοῦ τὸ ἐκ τῶν αἱμοῤῥοΐδων ἱστῶντος αἷμα.

[259] [κ'. Περὶ σαπφείρου.] Καὶ γὰρ οὖν καὶ ὁ σάπφειρος πεπίστευται πινόμενος ὠφελεῖν τοὺς ὑπὸ σκορπίου πληγέντας.

[19. *De jaspide viridi et lapide omphatite et hieracite et Indico.*] Proprietatem nonnulli lapidibus quibusdam testimonio suo adscribunt, qualem re vera habet jaspis virens, nempe stomachum adhaesu ventrisque os adjuvans. Ac nonnulli quoque ipsum annulis inserunt, scalpuntque in eo draconem radios habentem, velut rex Nechepsos memoriae prodidit in quarto et decimo libro. Sane hujus ego quoque lapidis abunde feci periculum. Torquem enim ex hujusmodi lapillis confectum a collo suspendi, ita ut lapides os ventris contingerent. Apparebant autem nihilo secius prodesse, etiamsi sculpturam non haberent quam scripsit Nechepsos. Porro lapidem omphatitem vir fide dignus re vera juvare morsos a vipera suspensum retulit. Sed ejusmodi facultates extra usum sunt methodo constantem. Velut etiam cum Hieracites et Indicus profluentem ex haemorrhoidibus sistunt sanguinem.

[20. *De sapphyro.*] Sed et sapphyrus ictos a scorpio epotus juvare creditur.

[κα'. Περὶ ἀφροσελίνου.] Καὶ ὁ ἀφροσέλινος καλούμενος καὶ τοὺς ἐπιλήπτους, οὐ μὴν ἡμεῖς ἐπειράθημεν. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι τινὲς λίθοι περιαπτόμενοι πρός τινας, ἔνιοι δὲ καὶ χαρακτῆρας τινας ἐγγραφομένους ἔχοντες καὶ γράμματα, καθάπερ καὶ ὁ πρὸς τὰς αἱμοῤῥοΐδας ἥρμοκεν ἱερακίτης, οὗ καὶ ἡμεῖς ἐπειράθημεν. ἀλλ' οὐ νῦν περὶ τῶν τοιούτων λέγειν καιρὸς ἐξ ἐμπειρίας μόνης ἐχόντων τὴν πίστιν, οὐ κατὰ μέθοδόν τινα λογικὴν εἰς χρῆσιν ἠγμένων. ἄλλος οὖν ὁ περὶ τούτων ἔσται καιρός τε καὶ τόπος. νυνὶ δ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν ἐν ὅλῃ τῇ πραγματείᾳ πάλιν ἀνέλθωμεν.

Κεφ. γ'. Περὶ τῶν μεταλλικῶν φαρμάκων. [α'. Περὶ κοινῶν τῶν μετάλλων λόγων τε καὶ συστάσεων καὶ δυνάμεων.] Μεταλλικὰ φάρμακα προσαγορεύειν ἔθος ἐστὶν τοῖς ἰατροῖς ὧν ἡ γένεσις ἐν τοῖς μετάλλοις ἐστὶν, ἤτοι γε αὐτοφυὴς (124) ἢ διὰ καμίνου γινομένη. καὶ τρίτα γε πρὸς αὐταῖς ἐστιν, ὅσα πάλιν ἐκ τούτων αὐτῶν οἱ ἄνθρωποι συσκευάζουσιν καθ' ὁντιναοῦν τρόπον, οἷον ψιμμύθιον, ψωρικὸν, σάνδικα, φῦκον. ἐφεξῆς οὖν ὑπὲρ ἁπάντων εἰρήσεται

[21. De Aphroselino.] Et Aphroselinus quem vocant, comitiali morbo vexatos; non tamen nos experti sumus. Sunt vero et alii lapides nonnulli qui, adversus quaedam suspenduntur. Caeterum quidam characteres quosdam et litteras inscriptas habent, sicut qui haemorroidibus congruit Hieracites, cujus nos fecimus periculum. Sed non est nunc tempus de illis differere qui sola experientia fidem habent, ac non rationali quadam methodo in usum veniunt; aliud de his tempus erit et locus. Nunc autem ad id, quod ab initio nobis toto opere propositum fuit revertor.

Cap. III. De metallicis medicamentis. [1. De communibus metallorum rationibus, substantiis ac facultatibus.] Metallica medicamenta appellare medicis mos est, quorum generatio in metallis est sive spontanea sive per fornacem facta. Et ad haec tertio loco sunt quae rursum homines ex his ipsis praeparant quovis modo, velut cerussam, psoricum, sandica, phycum. Deinceps itaque de singulis

κατὰ τὴν τῶν γραμμάτων τάξιν, ἀφ᾽ ὧν ἄρχεται τῶν ὀνομάτων ἕκαστον, ἐκεῖνο πρότερον ὑπὲρ ἁπάντων αὐτῶν κοινῇ προειποῦσιν ἡμῖν, ὥσπερ ἐπί τε τῶν λίθων ἐποιήσαμεν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐπί τε τούτων ἀνώτερον περὶ τῆς φαρμακώδους γῆς. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνα, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ μεταλλικὰ πάντα φάρμακα κοινὸν ἔχει τὸ ξηραίνειν. γεώδης γάρ αὐτῶν ἐστιν ἡ οὐσία, κατὰ τὸ τῆς στοιχειώδους γῆς σημαινόμενον ὀνομάζοντός μου νῦν. ἀλλ᾽ ὥσπερ ὑφ᾽ ἡμῶν ἐκ τῆς κεραμίτιδος γῆς οἱ πίθοι τε καὶ αἱ κεραμίδες αἵ τε χύτραι καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα γίνεται, διὰ πυρὸς ἐκφρυγέντος αὐτῆς τοῦ ὑστεροῦ σκληρυνθέντας, τὸν αὐτὸν τρόπον ἐν τῇ γῇ θερμασίας πολυχρονίου τὴν μικτὴν οὐσίαν ἐκ γῆς καὶ ὕδατος, ἐνίοτε δὲ καὶ ἀέρος ἑνοῦντός τε καὶ κεραννύντος, εἶτα ξηραίνοντος, αἱ συστάσεις γίνονται τῶν μεταλλικῶν φαρμάκων. ἡ δὲ τῶν χωρίων φύσις ἐν οἷς ταῦτα συνίσταται παρὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον εἶναι ψυχρὰ, τὰ μὲν μᾶλλον πήγνυσι, τὰ δ᾽ ἧττον. ὥσπερ οὖν ἐν ταῖς τῆς γῆς διαφοραῖς πλείστη μὲν ἡ οὐσία τῆς στοιχειώδους γῆς,

dicetur ea ferie literarum qua quodque nomen incipit. Verum illud primum de omnibus illis dicemus communi praefatione, qualem de lapidibus paulo ante habuimus et hic etiam fuperius de terra medicamentofa. Nam uti illis id inter fefe omnibus commune eft, ut deficcent, ita metallicis quoque medicamentis omnibus, eft enim effentia eorum terrea, fecundum elementaris videlicet terrae fignificatum nunc loquendo. Sed quemadmodum a nobis ex terra figulina dolia et fictilia ollaeque et alia ejusmodi parantur, per ignem qui torrendo humiditatem abfumit durata; eundem in modum in terra, caliditate diutina mixtam ex terra et aqua, nonnunquam etiam aëre, fubftantiam uniente temperanteque ac postea deficcante metallicorum medicamentorum proveniunt confiftentiae. Porro locorum in quibus haec proveniunt natura prout plus minusque est frigida, alia plus alia minus congelat ac cogit. Quemadmodum itaque in terrae differentiis plurima ineft effentia terrae elementaris, pau-

ὀλίγη δὲ ἡ τοῦ ἀερώδους, οὕτως ἐν τοῖς μεταλλευτοῖς πολὺ τῆς πυρώδους ἐγκέκραται. μεταξὺ δ' αὐτῶν εἰσιν αἱ λίθοι, διὸ καὶ τὰ πλεῖστα τῶν μεταλλικῶν φαρμάκων πλυνόμενα τὰ μὲν ἅπαξ ἢ δὶς, τὰ δὲ πλεονάκις, εἰς τὰς ἀδήκτως ξηραινούσας δυνάμεις γίγνεταί χρήσιμα. οὕτω μὲν οὖν οἱ κοινοὶ λόγοι, οὓς περὶ πάντων αὐτῶν ἀναγκαῖον προεγνῶσθαι· λεχθήσονται δ' ἐφεξῆς οἱ καθ' ἕκαστον ἴδιον κατὰ τὴν τῶν γραμμάτων τάξιν, ἀφ' ὧν αἱ προσηγορίαι τῶν φαρμάκων ἄρχονται.

[260] [β'. Περὶ ἁλῶν.] Ἅλες. εἰσὶ μὲν καὶ οὗτοι ἐκ τῆς θαλάσσης γενόμενοι κατὰ τὰς καλουμένας ἅλας, ὧν κἀν τοῖς θαλαττίοις φαρμάκοις μνημονεύσομεν. εἰσὶ δὲ καὶ οἱ ὀρυκτοὶ καλούμενοι τῷ τῶν μεταλλικῶν φαρμάκων περιλαμβανόμενοι γένει. δύναμιν δ' ἔχουσι παραπλησίαν ἀλλήλοις ἅπαντες οἵ τ' ὀρυκτοὶ καὶ οἱ ἀπὸ τῆς θαλάττης, ὑπὲρ ὧν εἴρηται μὲν πρόσθεν ἐν τῷ τετάρτῳ γράμματι κατ' ἐκεῖνον τὸν λόγον ἡνίκα τὸν ἁλυκόν τε καὶ ἁλμυρὸν χυμὸν ἀπὸ πικροῦ διωρίζομεν. εἰρήσεται δὲ καὶ νῦν ὡς ὁ μὲν ἐν τοῖς ἀφρονίτροις πικρός τέ ἐστι καὶ ῥυπτικὸς, ὁ δ' ἐν τοῖς ἁλσὶ

lum vero aëris; ita in metallicis multum immixtum eft igneae fubftantiae. In medio eorum funt lapides. Proinde pleraque metallicorum medicamentorum alia femel aut bis, alia vero frequentius lota, idonea funt ad deficcantes fine morfu facultates. Atque hae funt communes rationes quas de his omnibus praefcire oporteat. Deinceps vero dicentur quae cuique figillatim funt propriae, idque juxta literarum a quibus appellationes incipiunt ordinem.

[2. De halis, falibus.] Sal partim ex mari provenit in falinis videlicet dictis, cujus et inter marina medicamenta mentionem facturi fumus; partim foffilis communi metallicorum genere comprehenfus. Utrique vis affimilis eft, five foffilis fit five ex mari oriundus. De quibus et fupra verba fecimus libro quarto eo loco ubi falfum ac falfuginofum faporem ab amaro diftinximus. Ac nunc quoque dicetur quod in aphronitris quidem amarus eft et abftergens, in

τοσοῦτον ἀπολείπεται κατὰ τὸ ῥύπτειν, ὅσον πλεονεκτεῖ κατὰ τὴν στύψιν. ἔστι γὰρ μικτὸς ἐκ δυοῖν ποιοτήτων, ῥυπτικῆς τε καὶ στυπτικῆς. ὅτι δ' ἱκανῶς ἀμφότεροι ξηραίνουσιν ἐδέδεικτο καὶ πρόσθεν. ἐν τῷ μέσῳ δ' ἀμφοῖν ἐστιν ὁ τοῦ λίτρου.

[γ'. Περὶ ἀρμενιακοῦ.] Ἀρμενιακὸν δύναμιν ἔχει ῥυπτικὴν ἅμα βραχείᾳ δριμύτητι καὶ στύψει βραχυτάτῃ. μίγνυται τοιγαροῦν ὡς τοιοῦτο καὶ ταῖς ὀφθαλμικαῖς δυνάμεσιν, καὶ αὐτὸ δὲ καθ' αὐτὸ λειώσαντες καὶ χνοῶδες ἐργασάμενοι χρῶνται ξηρῷ πρὸς αὔξησιν τῶν ἐν τοῖς βλεφάροις τριχῶν, ὅταν ὑπὸ δριμύτητος χυμῶν τινὲς μὲν ἐκπίπτοντες αὐτῶν, τινὲς δὲ ἀναυξεῖς καὶ ἄτροφοι γίγνωνται. τὰς γὰρ δριμύτητας ταύτας ἐπιδαπανῆσαν εἰς τὴν κατὰ φύσιν εὐεξίαν ἐπανάγειν τὸ μόριον, οὗ τά τ' ἄλλα καὶ τὸ φύειν καὶ αὔξειν καὶ ῥωννύναι τὰς τρίχας τῶν βλεφάρων ὑπάρχει. τινὰ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐστιν ἄντικρυς τῶν φαρμάκων ἔργα, τινὰ δὲ διὰ μέσης τῆς τῶν ζώων σωμάτων διοικούσης φύσεως, καθάπερ καὶ τὰ τούτων αὐτῶν καλλιβλέφαρα προσαγορεύουσιν· αὐτὰ μὲν

salibus vero tanto in abstergendo inferior est, quantum ei accessit astrictionis; est enim ex duabus qualitatibus mixtus, abstergente videlicet et astringente. Porro quod magnopere uterque desiccet supra monstratum est. Caeterum utriusque in medio est nitri sapor.

[3. *De armeniaco.*] Armeniacum vim habet extergentem cum levicula acrimonia et levissima astrictione. Itaque tale quum sit, ocularibus miscetur facultatibus. Et ipso per sese quoque ad pollinis laevorem redacto utuntur sicco ad pilorum in palpebris incrementum, nempe ubi prae humorum acrimonia partim excidunt, partim vero nec crescunt nec aluntur. Siquidem depastis his acrimoniis in bonum naturae habitum pars reducitur; cujus quum alia sunt munera tum etiam producendi incrementum praebendi ac roborandi qui in palpebris sunt pili, quippe quum prima et ex professo quaedam sint medicamentorum opera; quaedam vero mediante natura quae animantium corpus dispensat, eduntur, velut quae in ipsis calliblephara nuncupant. Ipsa enim

γὰρ ξηραίνει μετρίως τὰ μετρίως βεβλαμμένα μόρια, τὴν φθείρουσαν τὰς τρίχας ὑγρότητα δαπανῶντα. ταύτης δὲ ἀπολομένης ἡ φύσις ἐπὶ τὰς ἰδίας ἐνεργείας ἀφικνεῖται τῶν τέως αὐτὴν ἐμποδιζόντων οὐκέτ' ἐνόντων.

[δ'. Περὶ ἀῤῥενικοῦ.] Ἀῤῥενικὴ ἢ ἀῤῥενικὸν, ἑκατέρως γὰρ ὀνομάζεται, καυστικῆς ἐστι δυνάμεως, ἄκαυτόν τε καὶ κεκαυμένον. εὔδηλον δ' ὅτι καὶ λεπτομερέστερον γίγνεται καυθέν. χρῶνται δ' αὐτῷ καὶ εἰς τὰς ψιλώσεις τῶν τριχῶν ὡς ἀποκαίοντι· εἰ χρονίσειέ γε, καὶ αὐτοῦ τοῦ δέρματος ἅπτεται.

[ε'. Περὶ ἀφρολίτρου.] Ἀφρόλιτρον ἀφρονίτρου διαφέρει. νίτρου μὲν γὰρ ἀφρὸς ξηραντικόν ἐστι φάρμακον ἀλεύρῳ πυρίνῳ παραπλήσιος ὀφθῆναι. καὶ γὰρ καὶ λευκός ἐστιν, οὐχ ὥσπερ τὸ τῆς Ἀσίας πέτρας ἄνθος τεφρώδης. ἀφρόνιτρον δ' οὐκ ἀλευρῶδες οὐδὲ διαλελυμένον, ἀλλὰ πεπηγός ἐστιν καὶ συνεστὸς, ᾧ πάντες οἱ ῥυπῶντες ἐν τοῖς βαλανείοις ὁσημέραι χρῶνται, ῥυπτικὴν ἔχοντι δύναμιν, ὡς μὴ μόνον ἀποσμῆξαι ῥύπον, ἀλλὰ καὶ κνησμὸν ἰάσασθαι, διαφορουμένων ὑπ' αὐτοῦ τῶν ἐργαζομένων αὐτὸν ἰχώρων.

partes oblaesas mediocriter desiccant, pilos corrumpentem humiditatem absumendo, quae ubi abolita est tum natura ad proprias redit actiones nimirum sublatis quae haetenus impedimento fuerant.

[4. *De Arrhenico.*] Arrhenice sive arrhenicum, utroque enim modo appellitant, facultatis est causticae sive urentis, idque tam combustum quam ustionis expers. Caeterum id constat ustione reddi tenuiorum partium. Utuntur porro eo ceu adurente ad denudandam pilis partem quamvis, verum si diutius inhaereat, nec cuti etiam ipsi parcet.

[5. *De Aphrolitro.*] Aphrolitrum ab aphronitro differt. Nitri enim spuma medicamentum est exiccatorium, aspectu triticeae farinae similis; etenim alba est, non ut Asiae petrae flos cinericea; aphrolitrum vero farinae speciem non habet, neque solutum est, sed congelatum et coactum, quo qui in balneis sordes exterunt quotidie utuntur; ea detergendi facultate, ut non modo sordes extergeat, sed etiam pruritum sanet, nempe discussa quae ipsum excitat

εἰκότως οὖν δι' αὐτοῦ σκευάζουσιν ἰατροὶ πολλὰ τῶν διαφορούντων φαρμάκων. ὁ δ' ἀφρὸς τοῦ νίτρου τῆς αὐτῆς μέν ἐστι φύσεως καὶ δυνάμεως τῷ νίτρῳ, λεπτομερεστέραν δ' ἔχει τὴν οὐσίαν. ἐῤῥέθη γε μὴν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐν τῷ μεταξὺ κατὰ τὴν δύναμιν εἶναι τὸ ἀφρόλιτρον ἀφρο [261] νίτρου τε καὶ ἁλῶν. ἀφρολίτρῳ μὲν γὰρ ἡ ῥυπτικὴ δύναμις ὑπάρχει μόνη, τοῖς δ' ἁλσὶ καὶ ἡ στυπτική, πολὺ πλείων δὲ ἡ ῥυπτική.

[στ'. Περὶ γύψου.] Γύψος καὶ αὐτὴ πρὸς τῇ κοινῇ πάντων τῶν γεωδῶν σωμάτων καὶ λιθωδῶν δυνάμει, καθ' ἣν ἐλέγετο ξηραίνειν, ἔτι καὶ τοῦτο προσείληφεν, ὅτι ἐμπλαστικῆς τ' ἐστὶ δυνάμεως. ἑνοῦται γὰρ αὐτὴ πρὸς αὑτὴν καὶ πήγνυται καὶ λιθοῦται βρεχεῖσα, διὸ καὶ τοῖς πρὸς αἱμοῤῥαγίαν ἁρμόττουσι φαρμάκοις ξηροῖς μίγνυται χρησίμως. αὐτὴ γὰρ μόνη καθ' αὑτὴν λιθώδης γίγνεται καὶ σκληρὰ πηγνυμένη, καὶ διὰ τοῦτο ἐπενόησα δεύειν αὐτὴν ᾠοῦ τῷ λεπτῷ καὶ λευκῷ, τῷ πρὸς τὰς ὀφθαλμίας χρησίμῳ, μιγνὺς ἀλεύρου πυρίνου τὸ χνοωδέστατον, ὃ προσίζει τοῖς τοίχοις

sanie. Non abs re itaque medici ex eo multa digerentium medicamentorum praeparant. At spuma nitri ejusdem quidem cum nitro tum naturae tum facultatis est, caeterum essentiae tenuioris. Dictum tamen paulo ante est nimirum in medio consistentem habere facultatem aphronitri et salis. Aphronitro enim sola inest vis extergendi, sali vero etiam astringendi multo magis ac extergendi.

[6. *De gypso.*] Gypsum et ipsum ad communem omnium terrenorum lapidosorumque corporum facultatem qua desiccare dicta sunt insuper hoc adjunctum habet, quod est facultatis emplasticae. Unitur enim ipsa ad sese et cogitur lapidescitque macerata. Quamobrem siccis medicamentis, quae ad sanguinis accommodantur eruptionem, utiliter commiscetur; nam ipsa per sese lapidosa fit, coacta ac congelata. Proinde rigare diluereque illam excogitavi tenui alboque ovi liquore, quod ad ophthalmias utile est, admixto quod in farina triticea est pollinis tenuissimi, qui in parieti-

κατὰ τοὺς μύλωνας. ἀναλαμβάνειν δὲ χρὴ τὸ οὕτως φυραθὲν ἁπαλαῖς ταῖς θριξὶν λαγῴαις, ἢ καί τισι τῶν ὁμοίως μαλακῶν.

[ζ. Περὶ γύψου κεκαυμένης.] Καυθεῖσα δὲ γύψος τὸ μὲν ἐμπλαστικὸν οὐχ ὁμοίως ἔχει, λεπτομερεστέρα δὲ καὶ ξηραντικωτέρα γίγνεται, καὶ μέντοι καὶ ἀποκρουστικὴ, καὶ μάλισθ' ὅταν ὀξυκράτῳ δευθῇ.

[η'. Περὶ διφρυγοῦς.] Διφρυγὲς μικτῆς ἐστι ποιότητος καὶ δυνάμεως. ἔχει γάρ τι καὶ μετρίως στῦφον ἐν αὐτῷ καὶ δριμὺ μετρίως, διὸ καὶ (125) τῶν κακοήθων ἑλκῶν ἀγαθόν ἐστι φάρμακον. ἐκόμισα δὲ καὶ τούτου τοῦ φαρμάκου πολύ τι πλῆθος ἐκ τῶν ἐν Κύπρῳ Σόλων, ἔνθα τὸ μέταλλόν ἐστιν, ἃς ἀπὸ σταδίων τῆς πόλεως τριάκοντα. ἐῤῥιπτο γὰρ ἐν τῷ μεταξὺ τόπῳ τοῦ τε προκειμένου κατὰ τὸ μέταλλον οἴκου καὶ τῆς ὑποκειμένης αὐτῷ κώμης. ὁ δὲ προεστὼς ἐπίτροπος τοῦ μετάλλου τὸ μετὰ τὴν καδμείαν εὑρισκόμενον ἄχρηστον ἔλεγεν ὑπάρχειν αὐτὸ, διὸ καὶ ῥίπτεσθαι παραπλησίως τῇ κατὰ τὰς ἑστίας τέφρᾳ τῶν καόντων ξύλων. πολύ-

bus molarum residet. Excipere vero quod sic maceratum est, tenellis leporis pilis aut qui perinde sunt molles expedit.

[7. *De gypso usto.*] Gypsum combustum non aeque emplasticam vim habet, caeterum tenuiorum est partium et valentius desiccat. Quin et repercussorium est, maxime si maceretur oxycrato.

[8. *De diphryge.*] Diphryges mixtam habet tum qualitatem tum facultatem, habet enim in sese quiddam et mediocriter astringens et mediocriter acre. Quamobrem ulcerum malignorum optimum medicamentum est. Convexi autem et hujus medicamenti vim ingentem ex iis qui in Cypro sunt Solis, ubi metallum ab urbe abest quasi triginta stadiis. Projectum enim erat in medio spatio aedium quae ante metallum extructae erant et vici qui ei subjacet. Caeterum praefectus ac procurator metalli id quod post cadmiam reperiretur esse dicebat inutile; itaque abjici non secus atque ustorum in foco lignorum cinerem. Verum hoc mihi

χρηστον δ' ἱκανῶς ἐγένετό μοι τὸ φάρμακον τοῦτο πρός τε τὰ κατὰ τὸ στόμα σηπεδονώδη τῶν ἑλκῶν, αὐτό τε καθ' αὐτὸ καὶ μετὰ μέλιτος ἀπηφρισμένον καὶ πρὸς συνάγχην, ὅταν ἤδη φθάνῃ διὰ τῶν στυφόντων ἀνεσταλμένον τὸ ἐπιῤῥέον. καὶ γαργαρεῶνα δὲ ἀποτεμὼν αὐτῷ μόνῳ παραχρῆμά τε καὶ μέχρι συνουλώσεως ἐχρησάμην, πολλάκις ἐσφραγισμένην ἀκριβῶς οὐλὴν ἐργαζομένῳ καὶ τούτου τοῦ μορίου καὶ πάντων τῶν ἑλκωθέντων. οὕτω δὲ καὶ κατὰ τῶν ἐν αἰδοίοις τε καὶ ἕδρᾳ πάντων ἑλκῶν. ἡ δὲ χρῆσις ὁμοία τοῖς κατὰ τὸ στόμα. καὶ γὰρ καὶ χαίρει πως τοῖς αὐτοῖς φαρμάκοις τὰ μέρη θερμὰ καὶ ὑγρὰ παραπλησίως ὄντα. προσάπτεται δὲ ὁ τοιοῦτος λόγος ἤδη καὶ τῆς περὶ συνθέσεως φαρμάκων πραγματείας. ἐάσαντες οὖν αὐτὸν ἐπὶ τὸ προσκείμενον ἴωμεν, αὐτὴν τὴν καθόλου δύναμιν ἑκάστου λέγοντες φαρμάκου, ὥσπερ καὶ τοῦ διφρυγοῦς εἴπομεν. προσθήσω δέ τι τῷ κατ' αὐτὸ λόγῳ χρήσιμον οὐ περὶ διφρυγοῦς μόνον γινώσκειν, ἀλλὰ καὶ περὶ Δημνίας σφραγῖδος καὶ πομφόλυγος καὶ ὀποβαλσάμου καὶ λυκίου τοῦ Ἰνδικοῦ. τούτων

multo utilissimum factum est medicamentum tum ad putrescentia oris ulcera sive per se sive cum melle, cui detracta sit spuma, tum ad anginam, videlicet ubi jam per astringentium medicamentorum auxilium constitit quod influebat. Praeterea columellam ubi praesecuissem ipso solo et statim et usque ad cicatricem sum usus; ac frequenter exacte occlusam effecit cicatricem tum hujus particulae tum omnium adeo exulceratarum, sic in ulceribus omnibus pudendorum atque ani. Usus autem similis est ut in oris ulceribus, siquidem eae partes eisdem fere medicamentis gaudent, nimirum calidae similiter ac humidae. Verum haec oratio jam tractatum de componendis medicamentis attingit. Ea itaque omissa ad id quod propositum est pergamus universalem medicamenti cujusque facultatem exponentes, sicut sane diphrygis diximus. Adjiciam vero huic qui de illo habetur sermoni rem non modo de diphryge scitu utilem, sed et de Lemnia sphragide et pompholyge et opobalsamo et lycio Indico.

γὰρ ἔμαθον ἔτι μειράκιον ὢν σκευασίας, ἀδιά[262]γνωστον τὸ σκευασθὲν ἐργαζόμενος τῶν ἀληθινῶν. ἦν δὲ ὁ διδάξας ἄνθρωπος ἐπὶ μισθῷ μεγάλῳ περιεργότατος οὐκ ἐς ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλα παραπλήσια. διὰ τοῦτο τοιγαροῦν ἔς τε Λῆμνον καὶ Κύπρον καὶ τὴν Παλαιστίνην Συρίαν ἐσπούδασα πορευθεὶς ἑκάστου τῶν φαρμάκων τούτων πολὺ πλῆθος εἰς ὅλον ἐμαυτοῦ παραθέσθαι τὸν βίον, ἀλλὰ καὶ τὸ λύκιον τὸ Ἰνδικὸν ἀρτίως ἐνηνεγμένον ἐς Φοινίκην ἅμα τῇ Ἰνδικῇ ἀλόῃ κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον εὐτύχησα λαβεῖν, ἡνίκα τὴν ἀπὸ τῆς Παλαιστίνης ὁδὸν ἐπανήειν, αὐτῷ τε τῷ κεκομίσθαι διὰ τῶν καμήλων, σὺν τῷ παντὶ φορτίῳ, πεισθεὶς Ἰνδικὸν ὑπάρχειν αὐτὸ καὶ τῷ τὸ νοθευόμενον οὐ δύνασθαι πρὸς τῶν κομιζόντων γινώσκεσθαι, τῆς ὕλης ἐξ ἧς σκευάζεται κατὰ τοὺς τόπους ἐκείνους μὴ γεννωμένης. ἄμεινον δ᾽ ἔδοξέ μοι οὐδαμῶς γράφειν τὰς τῶν νόθων συνθέσεις, τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων ἕρμαιον ἡγουμένων τὰ τοιαῦτα μανθάνειν. οὐδὲ γὰρ ἀναγκαῖον ἅμα τοῖς διαγνώσεσιν τῶν ἀληθινῶν καὶ γνησίων τὰς τῶν νόθων συνθέσεις

Nam etiamnum adolefcens didici haec ita praeparare ut a veris nativisque nihil differre viderentur; nam qui me docebat ingenti mercede homo curiofiffimus erat non in his tantum, fed et aliis fimilibus. Itaque in Lemnum, in Cyprum, in Palaeftinam Syriam eo ftudio navigavi, ut medicamentorum iftorum cujusque vim magnam quae in omnem vitam meam fatis foret reponerem. Sed et lycium Indicum nuper afportatum in Phoenicen cum aloë Indica id temporis commodum accipere contigit, quum a Palaeftina iter reflecterem; quum perfuafum haberem eo ipfo quod a camelis cum tota farcina advectum effet, proculdubio effe Indicum, quodque adulteratum haud nofci ab iis qui portaffent poffet; propterea quod materia, ex qua id praeparatur atque adulteratur, illis in locis haud nafceretur. Porro fatius vifum eft mihi quibus rationibus ea adulterantur haudquequam afcribere, utpote quum homines fcelerati in lucro ponant talia poffe difcere. Nec enim neceffarium eft cum verorum ac germanorum notis ac indiciis adulteran-

γινώσκειν, μηδέν γε συντελούσας εἰς τὴν διάγνωσιν αὐτῶν. ἐβουλόμην δ' ἄν, εἴ μοι δυνατὸν ἦν, καὶ τὰς παρὰ τοῖς ἐμοῦ πρεσβυτέροις τῶν παραπεποιημένων φαρμάκων σκευασίας ἀπαλεῖψαι.

[θ'. *Περὶ θείου.*] Ἅπαν μὲν θεῖον ἑλκτικῆς ἐστι δυνάμεως, θερμὸν μὲν τῇ κράσει, λεπτομερὲς δὲ κατὰ τὴν οὐσίαν ὑπάρχον, ὡς καὶ πρὸς πολλὰ τῶν ἰοβόλων ἀνθίστασθαι. ἔγωγ' οὖν ἐπί τε τρυγόνος θαλασσίας καὶ δράκοντος ἐχρησάμην αὐτῷ πολλάκις, ἁλιεῖς τέ τινας διδάξας ἤκουσα μετὰ χρόνον αὐτῶν ἐπαινούντων μεγάλα τὸ φάρμακον. ἡ δὲ χρῆσις γίνεται καὶ ξηροῦ κατὰ τοῦ νύγματος ἐπιπαττομένου τοῦ φαρμάκου καὶ σιάλου μεμιγμένου. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἐπινοήσας εὗρον ὑπὸ τῆς πείρας μαρτυρούμενον, ἐπενόησα δὲ καὶ δι' οὔρου δευθὲν αὐτὸ ποιήσειν. εὐπόριστα γὰρ ἁλιεῦς ὅλως ἐδίδασκον φάρμακα, καὶ σὺν ἐλαίῳ δὲ παλαιῷ καὶ σὺν μέλιτι καὶ σὺν ῥητίνῃ τερμινθίνῃ καλῶς ἂν ἔφην αὐτοὺς χρήσασθαι. καὶ μέντοι καὶ πάντων τούτων ἡ πεῖρα τὴν κρίσιν ἐποιήσατο. καὶ ψώρας δὲ καὶ λειχῆνας καὶ

dorum nosse compositiones, quum nihil ad ea discernenda conferant; imo optem, si fieri posset, quae a majoribus me perperam conficiendorum medicamentorum proditae sunt compositiones omnes prorsum delere atque extirpare.

[9. *De Sulfure.*] Sulfur omne trahendi vim possidet, estque temperamenti calidi atque essentiae tenuis adeo ut ad multa venenatorum animalium resistat. Siquidem ego adversus turturem marinum et draconem saepenumero eo sum usus, et quum id piscatores quosdam docuissem, reverso post aliquantum temporis magnifice medicamentum hoc commendarunt. Usus ejus est ut et siccum ictui inspergatur et cum saliva mixtum; nam quum et hoc excogitassem, ab experientia comprobari reperi. Sed et urina maceratum idem effecturum excogitavi. Docebam enim piscatores medicamenta maxime parabilia, dixique pulchre illos et cum oleo veteri et melle et resina terebinthina usuros. Et sane horum omnium experientia judicium praestitit.

λέπρας οὐκ ὀλιγάκις ἰασάμην τῷ φαρμάκῳ τῷδε, μετὰ ῥητίνη τερμινθίνη. ἀποῤῥύπτει γὰρ τὰ τοιαῦτα πάντα πάθη χωρὶς τοῦ πρὸς τὸ βάθος ἀποκρούεσθαι, πολλῶν ἄλλων φαρμάκων τῶν ἰωμένων αὐτὰ μικτὴν ἐχόντων δύναμιν ὡς διαφορεῖν τε καὶ ἀποκρούεσθαι.

[ι'. Περὶ ἰοῦ.] Ἰὸς δριμεῖαν ἔχει γευομένοις ποιότητα διαφορητικός τε καὶ καθαιρετικὸς καὶ τηκτικὸς ὢν οὐχ ἁπαλῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ σκληρᾶς σαρκός. εἴρηται δ' ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ὡς ἔνιοι πολλὰ τῶν τοιούτων φαρμάκων ἐπουλωτικὰ καλοῦσιν, ἐπειδὴ λειώσαντες αὐτὸν καὶ χνοώδη ποιήσαντες, ἅπτονται τῶν ὑπερσαρκούντων ἑλκῶν διὰ μήλης πυρῆνος. εἶτα καὶ τὴν ὑστεραίαν εὑρίσκουσιν προσεσταλμένα, καίτοι γε γινώσκοντες ὡς εἰ βραχεῖ πλέον ἐπιθεῖεν, οὐ κατεσταλμένον, ἀλλὰ καὶ καταβιβρωσκόμενον εὑρήσουσι τὸ ἕλκος· τήκει γὰρ καὶ διαφορεῖ τὴν σάρκα, τῶν ἐπουλωτικῶν φαρμάκων [263] συναγόντων τε καὶ πιλούντων καὶ σφιγγόντων καὶ τυλούντων αὐτήν. ἔστι δὲ καὶ τῇ γεύσει δακνώδης, οὐ μόνον τοῖς ἕλκεσιν ὁ ἰός. εἰ δέ τις μίξειεν ὀλίγον κηρωτῇ

Quin et pſoras et lichenas et lepras non raro hoc medicamento cum reſina terebinthina ſanavi. Extergit omnes id genus affectus atque in profundum non repellit: quum alia multa medicamenta quae illos curant mixtam habeant potentiam, nempe ut diſcutiant pariter et repellant.

[10. *De aerugine.*] Aerugo guſtantibus acrem qualitatem offert, digerens, detrahens et liquans non teneram modo, ſed et duram carnem. Porro ſupra dictum eſt nonnullos ejus generis medicamenta epulotica appellare, quum iis in tenuiſſimum pollinem tritis per ſpecilli cuſpidem contigerit ulcera excreſcentia ac poſtridie contracta reperiant; tametſi illos haud lateat, ſi paulo plus impoſitum foret, ſeſe ulcus non contractum, ſed eroſum inventuros; ſiquidem colliquat et digerit carnem, quum medicamenta epulotica contrahant, conſtipent, conſtringant et calli in morem illam indurent. Quin et guſtum mordicat aerugo, non tantum ipſa ulcera. Quod si pauculum ejus cerato non

πολλῇ, ῥυπτικὸν ἀδήκτως γίνεται τὸ μικτὸν ἐξ ἀμφοῖν. εἴρηται δ' ἔμπροσθεν ὑπὲρ τῆς φύσεως τῶν τοιούτων φαρμάκων, ὅπως τε παραλογίζονταί τινες ἑαυτοὺς ἐκ τῶν τοιούτων συνθέσεων, ἤτοι σαρκωτικὴν ἢ ἐπουλωτικὴν δύναμιν οἷς οὐ χρὴ προσάπτοντες φαρμάκοις, οὐκ αὐτοῖς τοῦτο ποιεῖν πεφυκόσιν, ἀλλὰ τοῖς ἐξ αὐτῶν συντελοῦσιν συγκειμένοις.

[ια΄. *Περὶ καδμείας.*] Καδμεία γίνεται μὲν καὶ κατὰ τὴν ἐν ταῖς καμίνοις γένεσιν τοῦ χαλκοῦ, τῆς γῆς ὅλης ἐκείνης ἐξ ἧς ὁ χαλκὸς γεννᾶται κατὰ τὴν καμινείαν ἀναπεμπούσης εἰς ὕψος οἷον αἰθαλόν τινα ἢ ἄσβολον, ἢ αἰθάλην γε καὶ ἀσβόλην, ὡς ἂν ἐθέλῃ τις καλεῖν. εἰ δ' οὐ γῆν, ἀλλὰ λίθον ἐθέλεις καλεῖν, ἐξ οὗ διακρινομένου κατὰ τὰς καμίνους τὸ μέν τι χαλκὸς γίνεται, τὸ δὲ καδμεία, τὸ δὲ διφρυγὶς, διαφερέτω μηδέν. γίγνεται δὲ καὶ ἐν τοῖς ἀργυρίοις μετάλλοις κατὰ τὴν ὁμοίαν διάκρισιν ἢ γένεσιν ἢ ὅπως ἂν ἐθέλῃς ὀνομάζειν. ἀλλὰ καὶ τοῦ πυρίτου λίθου καμινευομένου γίγνεται καδμεία. καὶ χωρὶς δὲ καμίνου καδμεία κατὰ Κύπρον εὑρίσκεται, καὶ δικαίως ἄν τις τὴν τοιαύτην ὀνομάζοι

pauco admifceas, id quod ex ambobus mixtum eft citra morfum extergit. Dictum vero fupra eft de talium medicamentorum natura, tum ut fefe quidam fallant ex talibus compofitionibus aut farcoticam aut epuloticam facultatem medicamentis afcribentes quibus minime oportet, utpote quum ipfa id praeftare nequeant, verum ea quae ex ipfis compofita funt.

[11. *De Cadmia.*] Cadmia fit ubi in fornacibus aes paratur, nempe tota terra ex qua aes generetur, in fornacibus in altum egerente velut fuliginem quampiam aut favillam, utcumque appellare libuerit. At fi non terram, fed lapidem nuncupare velis ex quo in fornacibus fecernendo partim fit aes partim cadmia partim diphryges, nihil sane retulerit. Sed et in argenteis metallis efficitur fimili fecretione five generatione, aut quomodocunque vocare voles. Quin et ex pyrite lapide in fornacibus ufto fit cadmia. Caeterum absque fornace in Cypro cadmia invenitur; ac jure quispiam illam lapidem nuncupet. Itaque in Solis pauciffi-

λίθον. ἐν γοῦν τοῖς Σόλοις τῆς ἐν ταῖς καμινείαις γεννωμένης καδμείας ὀλίγιστον ἦν ἔτι καθ' ὃν ἐγὼ χρόνον ἐπεδήμησα τῇ νήσῳ. λίθους δὲ λαβὼν παρὰ τοῦ τοῖς μετάλλοις ἐπιτεταγμένου κατά τε τὰ ὄρη καὶ τοὺς ῥύακας εὑρισκομένους, οὓς εἰς Ἀσίαν τε καὶ Ἰταλίαν κομίσαντός μου, μέγιστον δῶρον ἐδόκουν οἱ φίλοι λαμβάνειν, ὡς τῆς ἄλλης καδμείας ἐκείνην οὖσαν ἀμείνονα. τὴν τοιαύτην μὲν οὖν εἰκότως ἄν τις ὀνομάζοι λιθώδη καδμείαν, τῆς δὲ καμινευομένης ἡ μέν τις βοτρυῖτις, ἡ δὲ πλακῖτις ὑπὸ τῶν ἰατρῶν καλεῖται· βοτρυῖτις μὲν ἡ ἐν τοῖς ὑψηλοτέροις μέρεσι τῶν οἴκων ἀθροιζομένη κατὰ τὰς καμινείας, πλακῖτις δὲ ἡ ἐν τοῖς ταπεινοτέροις. καὶ πρόδηλον ὅτι λεπτομερεστέρα μὲν (126) ἡ βοτρυῖτίς ἐστι, παχυμερεστέρα δὲ ἡ πλακῖτις, ἀμφότεραι δὲ ξηραντικῆς δυνάμεως, ὥσπερ καὶ τἄλλα τὰ μεταλλευόμενά τε καὶ λιθώδη καὶ γεώδη. πρὸς δὲ τῇ ξηραντικῇ καὶ τὴν ῥυπτικὴν μετρίως ἔχει. ἥ γε μὴν ἐκ τῶν καμίνων ἐξ ἀνάγκης ἔχει τι καὶ τῆς τοῦ πυρὸς δυνάμεως. εἰκότως οὖν πλύνοντες αὐτὴν φάρμακον ἐργάζονται ξηραίνόν τε καὶ ῥύπτον

mum etiam reliquum erat cadmiae quae in fornacibus provenit, quo tempore ego in infula peregrinabar. Verum lapides qui in montibus et rivis reperiebantur a metallis praefecto acceptos in Afiam Italiamque portavi ad amicos, a quibus fummam inibam gratiam, quod fe vel maximum munus accepiffe dicerent, et quae alia omni cadmia multo effet praeftantior. Et talem certe merito quis lapidofam vocet cadmiam. At ejus quae combufta eft aliam botryitin, aliam placitim medici nuncupant; botryitin quidem quae in editioribus domorum, in quibus fornaces exftructaefunt, partibus colligitur; placitin vero quae in inferioribus. Ac liquet fane botryitin partium effe tenuiorum, craffiorum vero placitin, utranque autem vi deficcandi ceu alia metallica omnia et lapidofa terrenaque. Porro praeter deficcandi facultatem mediocriter extergit. Attamen quae in fornacibus colligitur, igneae facultatis aliquid habeat neceffe eft. Merito itaque lavantes eam medicamentum efficiunt mediocriter tum

μετρίως ἄνευ δήξεως ὡς εἰς τὰ πληρώσεως ἕλκη δεόμενα κατά τε τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὸ πᾶν σῶμα χρήσιμον. τὰ δὲ λίαν ὑγρὰ τῶν ἑλκῶν ἢ σηπεδονώδη κατὰ μὲν τὰ πάνυ μαλακὰ τῶν σωμάτων, οἷα τὰ τῶν εὐνούχων τε καὶ παίδων καὶ γυναικῶν ἐστιν, ὀνίνησιν ἡ τοιαύτη καδμεία· κατὰ δὲ τὰ σκληρὰ καὶ σύντονα τῶν εὐτονωτέρων ξηραινόντων ἐστὶ χρεία φαρμάκων. ἀεὶ τοίνυν χρὴ μεμνῆσθαι πρὸς τὴν εὔκρατόν τε καὶ μέσην τῶν ὑπερβολῶν φύσιν ἀναφέρεσθαι τὸν λόγον ἐν ἅπασι τοῖς ἁπλῶς λεγομένοις, οἷον ὅτε εἴπωμεν ἤτοι πληρωτικὸν ἑλκῶν ἢ ἐπουλωτικὸν εἶναι φάρμακον, ἢ ἄλλο ὁτιοῦν ἄλλο ποιοῦν, πρὸς ἣν καὶ ἡμεῖς νῦν ἀναφέροντες ξηραντικὴν καὶ βραχέως ῥυπτικὴν τῇ καδμείᾳ τὴν δύναμιν εἶναί φαμεν, ἐν δὲ τῇ κατὰ θερμότητά τε καὶ ψύξιν διαφορᾷ σύμμετρός πως ἐστιν οὐδέτερον ἐπιφανῶς ἐργαζομένη.

[264] [ιβ'. Περὶ κινναβάρεως.] Κιννάβαρι δριμείας μετρίως δυνάμεώς ἐστιν, ἔχει δέ τι καὶ στύψεως.

[ιγ'. Περὶ κισσήρεως.] Κίσσηρις ἐάν τ' ἐν τοῖς μεταλ-

desiccans tum extergens absque mordicatione utile ad ulcera carnis impletionem poscentia et in oculis et in toto corpore. Porro ulcera magnopere humida aut putrescentia in corporibus impendio mollibus, qualia sunt eunuchorum, puerorum ac mulierum, ejusmodi cadmia adjuvat, at in durioribus et contentioribus quae valentius desiccant requirunt. Itaque illud semper memoria tenendum, sermonem ad temperatam et mediam excessuum naturam in iis quae ita simpliciter afferuntur referendum, puta quum dicimus medicamentum aut ulcera carne implere, cicatrice claudere, aut aliud quidvis ejus generis praestare, ad quam utique et nos respicientes desiccatoriam leviterque abstersoriam cadmiae inesse facultatem dicimus. In caliditatis autem et frigiditatis differentia temperata quodammodo existit cadmia, nempe neutrum insigniter efficiens.

[12. *De cinnabari.*] Cinnabari modice acrem facultatem obtinet. Habet vero et astrictionis quippiam.

[13. *De cisere, pumice.*] Pumicem si inter metal-

λευκοῖς τάξῃς αὐτὴν, ἐγκαλέσουσιν οἱ φιλεγκλήμονες, ἄν τ᾽ ἐν τοῖς λίθοις, οὐ συγχωρήσουσι λίθον εἶναι, πολὺ δὲ μᾶλλον οὐδὲ γῆν, οὐδὲ τῶν ἐκ θαλάττης τι. καὶ μὴν δεῖ ποτε περὶ αὐτῆς εἰπεῖν, ἐμβαλλομένης εἴς τε τὰ σαρκωτικὰ φάρμακα καὶ τὰ τῶν ὀδόντων ῥυπτικά. τοῦτο μὲν οὖν ἀκαύτου, τοῦτο δὲ κεκαυμένης, ἡνίκα καὶ λεπτομερεστέρα γίνεται τοῖς ἄλλοις τοῖς κεκαυμένοις ἅπασι παραπλησίως, ἀλλ᾽ ἐν τῇ καύσει προσλαμβάνει τι δριμὺ, καὶ ἀποτίθεταί γε πάλιν αὐτὸ πλυνομένη. δόξειε δ᾽ ἂν τοὺς ὀδόντας λαμπρύνειν οὐ τῇ δυνάμει μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ τραχύτητι, καθάπερ εἰ καὶ σμίριν ἢ ὄστρακον ἤ τι τοιοῦτον λειώσας προσφέροις, ἅτινα καὶ αὐτὰ λαμπρύνει τάχα κατ᾽ ἄμφω, διότι τε ῥυπτικὸν ἔχει τι καὶ τῇ τραχύτητι. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ τὰ κεκαυμένα κέρατα λαμπρυντικὰ τῶν ὀδόντων ἐστίν.

[ιδ΄. *Περὶ κονίας τῆς ἐκ τῆς τέφρας.*] *Κονία.* τῆς τέφρας πλυθείσης ἡ κονία γίνεται, τέφραν δὲ τὸ ὑπόλειμμα τῶν κεκαυμένων σωμάτων ὀνομάζουσιν οἱ Ἕλληνες, ἐάν τε λιθώδη τὴν φύσιν, ἐάν τε δένδρων ἢ ζώων ᾖ μόρια. κατὰ

lica recenſeas, calumniabuntur quibus animus prurit accuſandi libidine; et ſi inter lapides ponas, lapidem eſſe negabunt; ac multo minus terram eſſe concedent; nec marinorum haberi quodpiam volent. Atqui alicubi tamen de illo dicendum eſt; quippe qui in ſarcotica indatur medicamenta et ea quae dentes extergunt, partim uſtionem non expertus, partim etiam uſtus, quando videlicet aliis omnibus combuſtis ſimiliter ſubſtantiae efficitur tenuioris. Caeterum uſtione quiddam acquirit acrimoniae, quam rurſum lotione exuit. Videri autem poterit ſplendorem dentibus conciliare non tantum facultate, ſed etiam aſperitate, velut etiam ſi ſmirin aut teſtam aut hoc genus quippiam tritum admoveas, quae certe et ipſa ſplendorem afferunt forte utroque, tum quia detergendi habeant facultatem tum quia aſperitatem. Eundem in modum cornua deuſta dentes ſplendidos efficiunt.

[14. *De conia, lixivio ex cinere.*] Lixivium. Abluto cinere fit lixivium. Cinerem autem uſtorum corporum reliquias Graeci nuncupant, ſive natura ſint lapidea ſive arborum

Ed. Chart. XIII. [264.] Ed. Baf. II. (126.)

τὴν φύσιν οὖν τοῦ πλυνομένου καὶ ἡ κονία γίνεται, τοῦ μὲν ἐμπύρευμα δριμύτατον ἔχοντος δριμυτάτη, τοῦ δὲ μὴ τοιούτου μετριωτέρα, διὸ καὶ ταῖς σηπταῖς λεγομέναις δυνάμεσι μίγνυται καυστικὴν ἔχουσα θερμότητα, τῷ λεπτομερεῖ τῆς οὐσίας ἀνωδύνως κάουσα.

[ιε΄. Περὶ κυανοῦ.] Κυανὸς εἴτ' ἀρσενικῶς εἴτε θηλυκῶς ἐθέλεις ὀνομάζειν τὸ φάρμακον τοῦτο, δριμείας ἐστὶν δυνάμεως, καθαιρετικῆς τε καὶ διαφορητικῆς πλέονος ἢ κατὰ τὸ κιννάβαρι· μετέχει δὲ καὶ στύψεως.

[ιστ΄. Περὶ λεπίδος τῆς ἀπὸ χαλκοῦ καὶ σιδήρου καὶ στομώματος.] Λεπὶς ἡ μέν τίς ἐστι χαλκοῦ πολύχρηστον φάρμακον, ἡ δέ τις σιδήρου τε καὶ στομώματος. ὀνομάζουσι δέ τινες καὶ ἡλῖτιν λεπίδα. ξηραίνουσι μὲν οὖν ἰσχυρῶς ἅπασαι, διαφέρουσι δ' ἀλλήλων αὐτῷ τε τῷ ξηραίνειν ἧττόν τε καὶ μᾶλλον καὶ τῷ παχυμερεστέρας ἢ λεπτομερεστέρας οὐσίας εἶναι καὶ τῷ στύψεως μετέχειν ἧττόν τε καὶ μᾶλλον. ἡ μὲν οὖν ἡλῖτις ἐν τῷ ξηραίνειν πρωτεύει. καὶ

animaliumve particulae. Fit ergo lixivium pro ejus quod eluitur natura, ejus quidem quod empyreuma five igneam naturam habet acerrimam, ipfum quoque accerrimum eft, ejus quod tale non eft, etiam moderatius. Quare et fepticis vocatis facultatibus commifcetur utpote cauflicam caliditatem poffidens, fed propter fubftantiae tenuitatem citra dolorem adurens.

[15. *De cyano, caeruleo.*] Cyanus, five mafculino five foeminino genere pronunciare velis, hoc medicamentum acri facultate eft tum exedendi tum difcutiendi potentiore quam cinnabari. Ineft quoque ei nonnulla aftrictio

[16. *De fpuama aeris et ferri et chalybis.*] Squama alia eft aeris, medicamentum multo utiliffimum, alia ferri et chalybis. Quidam vero nominant et helitin fquamam. Omnes fane vehementer deficcant. At inter fefe diverfae funt tum quod alia magis, alia minus exficcet, tum quod alia craffioris, alia tenuioris fit effentiae, quodque plus minusve aftrictionis fint participes. Helitis certe principem in deficcando

γὰρ καὶ λεπτομερεστέρα τῶν ἄλλων ἐστὶν, προσειληφυῖά τι καὶ ἰοῦ, στύψεως δὲ πλείονος ἡ τοῦ σιδήρου μετέχει λεπὶς, καὶ ταῦτ᾽ ἔτι μᾶλλον ἡ τοῦ στομώματος, διὸ καὶ πρὸς τὰ κακοήθη τῶν ἑλκῶν ἀμείνους εἰσὶ τῆς τοῦ χαλκοῦ. [265] καθαιρεῖ δὲ καὶ τήκει σάρκα μᾶλλον ἡ τοῦ χαλκοῦ, ταύτης δ᾽ ἔτι μᾶλλον ἡ ἡλῖτις. ἅπασαι δὲ λεπίδες δακνώδεις εἰσὶν οὐκ ἀγεννῶς, ᾧ καὶ δῆλον ὡς ἡ τῆς οὐσίας αὐτῶν σύστασις οὐ πάνυ τι λεπτομερής ἐστιν, ἀλλὰ παχυμερὴς μᾶλλον. ἀδηκτότερον γὰρ ἀεὶ τῶν τὴν αὐτὴν δύναμιν ἐχόντων ἐστὶ τὸ λεπτομερέστερον, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐδείχθη.

[ιζ΄. Περὶ λιθαργύρου.] Λιθάργυρος ξηραίνει μὲν ὥσπερ καὶ τἄλλα πάντα τὰ μεταλλικά τε καὶ γεώδη καὶ λιθώδη φάρμακα, μετριώτατά γε μὴν τοῦτο ποιεῖ. καὶ κατὰ τὰς ἄλλας δὲ ποιότητάς τε καὶ δυνάμεις ἐν τῷ μέσῳ πώς ἐστιν, οὔτε θερμαίνουσα σαφῶς οὔτε ψύχουσα καὶ τοῦ στύφειν τε καὶ ἀποῤῥύπτειν μετρίως μετέχει. διὸ καὶ τῶν σαρκωτικῶν φαρμάκων, ἃ μετρίως ἐδείχθη ῥυπτικὰ, λείπεται καὶ

locum obtinet, nam et subtilissimae omnium substantiae est, nimirum quae et aeruginis nonnihil assumpserit. Majorem obtinet astrictionem squama ferri et hac etiam majorem chalybis, quamobrem ad contumacia ulcera meliores sunt quam squama aeris. Detrahit et liquat carnem potentius squama aeris et hac etiam valentius helitis. Omnes autem squamae non instrenue mordaces sunt. Ex quo clarum est quod essentiae ipsarum consistentia non admodum tenuis est, sed potius crassa. Siquidem inter ea quae eandem vim obtinent minus est mordax quod est tenuius, ceu superioribus libris ostendimus.

[17. *De lithargyro.*] Lithargyrus desiccat quidem velut alia omnia metallica, lapidea terrenaque medicamenta, verum omnium id efficit moderatissime. Et secundum alias tum qualitates tum facultates quodammodo in medio est, neque manifesto calefaciens neque refrigerans. Modica tamen adstringendi abstergendique facultas ei inest, quamobrem inferior est et sarcoticis medicamentis, quae

τῶν συναγόντων δὲ καὶ στυφόντων. πρὸς δὲ τὰ κατὰ μηρούς παρατρίμματα χρήσιμόν ἐστι φάρμακον, ἐπειδὴ βραχέως ἀμφοτέρων τῶν εἰρημένων μετέχει δυνάμεων. τῆς μέσης οὖν τάξεως εἰκότως ἂν ἐν τοῖς μεταλλικοῖς νομίζοιτο. διὸ καὶ ὡς ὕλῃ χρώμεθα πολλάκις αὐτῇ, μιγνύντες τοῖς ἰσχυρὰν ἔχουσι δύναμιν ἢ δάκνουσαν ἢ στύφουσαν ἢ ὅ τι ἄλλο ποιοῦσαν, ὥσπερ κἂν τοῖς τηκτοῖς τῷ κηρῷ χρώμεθα πρὸς τὰ πλεῖστα τῶν φαρμάκων ὥσπερ ὕλῃ τινί. διότι καὶ αὐτὸς ἐν τῷ μέσῳ πως τέτακται τῶν ἰσχυρὰν ἐχόντων δύναμιν.

[ιη'. Περὶ νίτρου.] Νίτρον εἴρηται καὶ πρόσθεν ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ ἀφρονίτρου τε καὶ ἁλῶν δυνάμεως εἶναι, καυθὲν δ' ἐγγυτέρω γίγνεται τῷ ἀφρονίτρῳ, λεπτομερέστερον δ' ἐκ τῆς καύσεως ἀποτελούμενον. ξηραίνει τοιγαροῦν καὶ διαφορεῖ καὶ, εἰ εἴσω τοῦ σώματος ληφθείη, τέμνει καὶ λεπτύνει τοὺς παχεῖς καὶ γλίσχρους χυμοὺς πολὺ μᾶλλον τῶν ἁλῶν. ἀφρόνιτρον δ' εἰ μὴ μεγάλης ἀνάγκης οὔσης οὐδὲ καταπίνει τις ὡς ἂν κακοστόμαχον ὄν, ἐπεί τοι μᾶλλόν ἐστι νίτρου τμητικόν. ἐπὶ γοῦν μυκήτων πνιγόντων ἐχρῆτό τις

mediocriter extergentia oſtendimus et contrahentibus atque aſtringentibus. Caeterum ad intertrigines ſemorum utilis medela eſt, quandoquidem utriusque jam dictae facultatis leviter eſt particeps. Jure itaque medii ordinis in metallicis habebitur. Proinde ea frequenter utimur ceu materia iis miſcentes quae valentem facultatem obtinent ſive mordicantem ſive aſtringentem vel aliud facientem, ſicut in liqueſcentibus ad pleraque medicamenta ceram adhibemus tanquam materiam, quia ſcilicet et ipſa quodammodo medium tenet eorum quae valentem facultatem poſſident.

[18. *De nitro.*] Nitrum dictum eſt ſupra in medio aphronitri et ſalis virium. Caeterum uſtum propius ad aphronitrum accedit, utpote ex uſtione tenuius redditum. Deſiccat itaque ac digerit; et ſi intro in corpus ſumatur, incidit et extenuat craſſos lentosque ſuccos potentius multo quam ſal. Aphronitrum vero, niſi gravis urgeat neceſſitas, devorandum non eſt, nimirum inimicum ſtomacho, quandoquidem plus etiam nitro incidit. Sane ad fungos

ἀγροῖκος αὐτῷ καὶ διὰ παντὸς εὐδοκίμει. νίτρῳ δὲ κεκαυμένῳ τε καὶ ἀκαύστῳ καὶ ἔτι μᾶλλον αὐτοῦ τῷ ἀφρῷ καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τοιούτων χρώμεθα.

[ιθ'. Περὶ μελαντηρίας.] Μελαντηρία τῶν στυφόντων ἱκανῶς ἐστι φαρμάκων, μετὰ τοῦ καὶ λεπτομερὴς εἶναι σχεδὸν ἁπάντων τῶν στυφόντων μάλιστα.

[κ'. Περὶ μέλανος γραφικοῦ.] Μέλαν ᾧ γράφομεν, ἱκανῶς καὶ τοῦτο ξηραίνει λυόμενον ὕδατι. καὶ τὰ πυρίκαυτα δὲ τῶν ἑλκῶν πα(127)ραχρῆμα καταχριόμενον ὀνίνησιν. εἰ δὲ καὶ ὄξους ἔχει, πολὺ μᾶλλον.

[266] [κα'. Περὶ μίσυος.] Μίσυ. κατὰ τὸ μέταλλον ἐν Κύπρῳ τὸ προειρημένον ἐν τοῖς τῶν Σόλων ὄρεσι μέγας τις ἦν οἶκος, οὗ κατὰ τὸν δεξιὸν τοῖχον, ὡς πρὸς ἡμᾶς δὲ τοὺς εἰσιόντας ἀριστερὸν, εἴσοδος ἦν εἰς αὐτὸ τὸ μέταλλον, ἐν ᾧ τινας ἐθεασάμην ἐπὶ πλεῖστον ἐκτεταμένας οἷον ζώνας ἐπ' ἀλλήλαις τρεῖς, ταπεινοτάτην μὲν τὴν τοῦ σώρεως, ἐπ' αὐτῇ δὲ τὴν τῆς χαλκίτεως, εἶτα τοῦ μίσυος. ὁ δὲ κατ' ἐκεῖ-

fuffocantes rufticus quidam uti eo affolet et femper profuiffe probatum eft. Caeterum nitro ufto fimul et non ufto, et multo etiam magis ejus fpuma in talibus uti confuevimus.

[19. *De melanteria.*] Melanteria ex medicamentis eft multum aftringentibus cum hoc quod omnia propemodum aftringentia tenuitate partium exuperet.

[20. *De atramento fcriptorio.*] Atramentum quo fcribimus admodum et ipfum deficcat aqua folutum. Ulcera autem igni ambufta protinus illitum juvat, at fi acetum quoque habeat, multo magis.

[21. *De mify.*] Mify. In metallo Cypri, cujus modo mentionem feci, in montibus Solorum domus erat ingens, cujus ad parietem dextrum, fed ad nos utique qui ingrediebamur finiftrum, defcenfus erat in ipfum metallum, in quo quasdam confpexi in longiffimum porrectas veluti zonas alias fuper alias, numero tres: infima erat ipfius foreos: fuper quam erat altera chalciteos, fuprema mifyos. Caeterum id

νον τὸν καιρὸν ἐπίτροπος τοῦ μετάλλου, δεικνύς μοι ταῦτα, καθάπερ, ἔφη, νῦν ἡμεῖς ἐν πενίᾳ τῆς καμινευομένης καδμείας ὄντων ἡμῶν, οὕτω ἐν πλούτῳ θαυμαστῷ τὰ τρία ταῦτα ὁρᾷς καθεστηκότα. καὶ τοίνυν καὶ λαβὼν ἐξ αὐτοῦ πάμπολυ πρῶτον μὲν εἰς τὴν Ἀσίαν, ἐκεῖθεν δ' εἰς τὴν Ῥώμην ἐκόμισα καὶ μέχρι νῦν ἔσχον ἐτῶν μεταξὺ γενομένων ὡς λ'. καὶ κατά τινα τύχην ἡ προκειμένη πραγματεία μέχρι μὲν τῆς ὀγδόης βίβλου προῆλθεν, ὡς πρὸ ἐτῶν εἴκοσιν, οὐ προστεθέντος αὐτῇ τοῦ ἐννάτου τούτου, διὰ τὸ τινὰς μὲν τῶν λίθων μηδέπω τεθεᾶσθαι. καὶ μέντοι καὶ τὰς μεταξὺ γενομένας ἀσχολίας ἑτέρων ἕνεκα. νυνὶ δὲ προστεθέντος μου τὸ ἔννατον τοῦτο βιβλίον, ἐν τῷ μεταξὺ συνέβη τι θέαμα κατὰ τύχην κάλλιστον, ὅπερ ἐξεπίτηδές ἂν τις αὐτὸς ἐτεχνήσατο. δεηθεὶς γὰρ εἴς τι φάρμακον σκευαζόμενον μίσυος, ἀνειλόμην ὡς χειροπληθῆ βῶλον, οὐ πάνυ τι τοιαύτην σύστασιν ἴσχοντος τοῦ μίσυος, ἀλλὰ κατὰ μικρὰς ἑνώσεις διαλυομένου. θαυμάσας οὖν τὴν ἀήθη πύκνωσιν αὐτοῦ καὶ θλάσας τὴν βῶλον, εὗρον ἐπιπολῆς μὲν ἐν κύκλῳ τὸ μίσυ καθάπερ

temporis praefectus metalli his commonstratis, sicut, inquit, nunc advenis in cadmiae fornacariae inopia, ita horum trium admirandas has vides divitias. Itaque ego ingenti ejus accepto pondere, primum quidem in Asiam, deinde Romam attuli et usque modo habui, elapsis jam annis plus minus triginta. Et forte quadam absolutum fuit hoc opus adusque octavum librum ante annos viginti, nec adjectus fuit nonus, partim quod lapides quosdam nondum conspexissem, partim ob alia negotia quae mihi interea temporis obvenere. Nunc autem quum nonum hunc librum caeteris addere pararem, interea forte fortuna mihi accidit res spectatu longe pulcherrima, ac si quispiam eo studio ac industria magno cum artificio effecisset. Nam quum misy opus haberem ad medicamentum quodpiam praeparandum, bolum ejus accepi quantum fere plena manu teneas, qualem sane consistentiam misy non admodum solet habere, quum in parva frustula dividatur. Miratus itaque insolitam ejus condensationem bolo fracto extimum quidem misy circumquaque reperi ejus quod

ἐπάνθισμά τι τοῦ ἔνδον. ἐπ' αὐτῷ δὲ μεταξὺ χαλκίτεώς τε καὶ μίσυος οἷον ἡμίῤῥοπός τις ἐκ χαλκίτεως εἰς μίσυ μεταβολή. τὸ γὰρ ἐξ ἀρχῆς βῶλος ἦν χαλκίτεως. ὅσον δ' ἐν τῷ βάθει χαλκῖτις ἀκριβὴς ἦν, ἔτι μηδεμίαν ἀλλοίωσιν ἐσχηκυῖα. τοῦτ' αὖν θεασάμενος, ἐννοήσας τε καὶ κατὰ τὸ μέταλλον, οὕτως ἐπὶ τῇ χαλκίτιδι γεννᾶσθαι τὸ μίσυ, καθάπερ τὸν ἰὸν ἐπὶ τῷ χαλκῷ, τὸ διασωζόμενον ἔτι παρ' ἐμοὶ τοῦ σώρεως, ἐσκοπούμην εἴ τινα μεταβολὴν εἰς χαλκῖτιν λαμβάνοι καὶ βραχεῖά τις ὑπόφασις ἐφάνη τάχα καὶ αὐτὴ χρόνῳ πολλῷ δυνησομένη τὴν μεταβολὴν εἰς χαλκῖτιν ἔχειν, ὥστ' οὐδὲν θαυμαστὸν ὁμογενοῦς εἶναι δυνάμεως τὰ τρία φάρμακα, τὸ σῶρυ λέγω καὶ τὴν χαλκῖτιν καὶ τὸ μίσυ, διαφέροντα λεπτομερείᾳ τε καὶ παχυμερείᾳ. παχυμερέστατον μὲν γὰρ ἐν αὐτοῖς τὸ σῶρυ, λεπτομερέστατον δὲ τὸ μίσυ, μέσην δ' ἀμφοῖν δύναμιν ἡ χαλκῖτις ἔχει. καίονται πάντα τὰ τρία καὶ τὰς καλουμένας ἐσχάρας ἐργαζόμενα, μετέχει γε μὴν καίτοι καίοντα στύψεως. ἧττον δ' ἐν τῷ προσφέρεσθαι ταῖς σκληραῖς

intus erat velut efflorescentiam. Porro sub eo inter chalcitin videlicet et misy quiddam erat medium vergens ex chalcite ad misy ex dimidio jam commutatum, principio enim bolus fuerat chalciteos, caeterum quod in alto erat perfecta erat chalcitis nullam dum alterationem experta. Hoc igitur ubi vidissem, cogitatione repetens et in metallo ita super chalcitin nasci ipsum misy ut aerugo super aes, in mentem subiit inspicere quod servabatur adhuc apud me reliquum ipsius soreos, numquid et ipsum ullam accepisset mutationem in chalcitin, et quaedam certe apparuit suspicio, ut videretur et ipsum forte longo tempore mutationem in chalcitin posse accipere. Itaque mirum non est tria haec medicamenta ejusdem generε facultatis esse, sory dico et chalcitin et misy, tenuitate partium et crassitie inter se diversa; crassissimum enim est inter ipsa sory, tenuissimum misy, mediam utriusque facultatem habet chalcitis. Adurunt universa haec tria et escharas quas vocant efficiunt, attamen etiamsi urant nonnihil quoque astringunt Caeterum misy

σαρξὶ δάκνει τὸ μίσυ τῆς χαλκίτεως, καίτοι γε οὐχ ἧττον αὐτῆς ὂν θερμὸν, ἀλλ' ἐκ τοῦ κατὰ τὴν οὐσίαν λεπτομεροῦς ἔχει τοῦτο. χυτῶν δ' ὄντων ἀμφοτέρων ἐν ταῖς ἑψήσεσιν, καὶ μᾶλλόν γε τῆς χαλκίτεως ἢ τοῦ μίσυος, οὐ τήκεται τὸ σῶρυ, διὰ τὸ λιθωδεστέραν τε καὶ σφοδροτέραν ἔχειν τὴν πῆξιν, ὥσπερ αὖ πάλιν τὸ μίσυ τῷ κατειργάσθαι διὰ τῆς συμφύτου θερμότητος, ξηρότερον ὂν τῆς χαλκίτεως, εἰκότως δὲ καὶ δυστηκτότερόν ἐστιν.

[267] [κβ'. Περὶ μολυβδαίνης.] Μολύβδαινα λιθαργύρῳ παραπλησίαν ἔχει δύναμιν, ἀποκεχωρηκυῖα βραχύ τι τῆς μέσης κράσεως ἐπὶ τὸ ψυχρότερον, ἀλλ' οὐδὲ ῥυπτικῆς μετέχει δυνάμεως, ἔστι δ' ἄμφω τὰ φάρμακα τηκτὰ καὶ οὐχ ὥσπερ οἱ λίθοι καὶ ἡ καδμεία καὶ ἡ ψάμμος ἄτηκτα. ταχίστη δ' αὐτῶν ἡ τῆξις γίνεται προσλαβόντος ὄξους τοῦ ἐλαίου. τήκεταί γε μὴν καὶ εἰ ὕδωρ μίξας ἐπιπλεῖστον ἑψήσαις. ὥσπερ δ' ἐν Κύπρῳ τὴν ἐν τοῖς ὄρεσιν καὶ ῥύαξι γιννωμένην καδμείαν ἔλαβον οὖσαν, ὡς ἔφην, εἶδός τι λίθου, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ μολύβδαιναν, ἐῤῥιμμένην.

admotum corporibus duris minus chalcite mordicat, tametfi ea non minus fit calidum, verum id habet beneficio tenuitatis partium. Porro quum utraque haec in decoctionibus funduntur et magis chalcitis quam mify, fory, tamen non liquefcit, nimirum quod lapidofius fit ac vehementius compactum, ficut rurfum mify, quia a congenito calore elaboratius eft ac proinde ficcius chalcite, idcirco merito quoque aegrius liquefcit.

[22. *De plumbagine.*] Molybdaena fimilem lithargyro vim poffidet, tantum a media temperie ad frigidius paulum quid recedens, fed nec abftergentis facultatis eft particeps. Utraque autem haec medicamenta liquari poffunt, ac non ut lapides et cadmia et arena liquationem refpuunt, fed celerrime liquantur, ubi oleo additum nonnihil aceti eft, liquantur tamen etiam admixta aqua, fed diutiffima coctione. Porro ceu in Cypro cadmiam quae in montibus et rivis nafcitur accipiebam, quae et ipfa lapidis, ut dixi, fpecies eft, ad eundem modum molybdaenam multam

παμπόλλοις ἅμα τοῖς ἄλλοις λίθοις ἐθεασάμην κατὰ τὴν εἰς Ἐργαστήρια φέρουσαν ὁδὸν ἀπὸ Περγάμου. καλεῖται δ' Ἐργαστήρια κώμη τις, ἐν ᾗ καὶ μέταλλά ἐστι, μεταξὺ Περγάμου καὶ Κυζίκου, σταδίους ἀπέχουσα Περγάμου τετρακοσίους τεσσαράκοντα.

[κγ'. Περὶ μολύβδου.] Μόλυβδος δυνάμεώς ἐστι ψυκτικῆς. ἔχει γὰρ οὐ μόνον ὑγρὰν οὐσίαν πολλὴν ὑπὸ ψύξεως πεπηγυῖαν, ἀλλὰ καὶ ἀερώδη, τῆς γεώδους ὀλίγης μετέχων. ὅτι μὲν οὖν ὑγρὰν οὐσίαν ἔχει πλείστην ὑπὸ ψύξεως πεπηγυῖαν ἢ γινομένη διὰ ταχέων, ἐπειδὰν ὁμιλήσῃ πυρὶ, χύσις τε καὶ ῥύσις αὐτῷ γινέσθω σοι τεκμήριον. ὅτι δὲ καὶ ἀερώδη, σημεῖον τόδ' ἐστίν. μόλυβδος μόνος ὧν ἴσμεν αὐξάνεται καὶ ὄγκῳ καὶ σταθμῷ, κατατιθέμενος ἐν οἴκοις καταγείοις ἀέρα θολερὸν ἔχουσιν, ὡς εὐρῶτος πληροῦσθαι ταχέως τὰ κατ' αὐτοὺς κείμενα· καὶ οἱ τοὺς πόδας δὲ τῶν ἀνδριάντων συνδοῦντες τοῖς λίθοις μόλυβδοι πολλάκις ὤφθησαν ηὐξημένοι. καί τινες εἰς τοσοῦτον ἤρθησαν ὄγκον, ὡς ἀποκρεμάννυσθαι τῶν λίθων ὁμοίως κρυστάλλῳ. ταῦτα

cum aliis projectam lapidibus conspexi in via quae ad Ergasteria ducit a Pergamo. Vocatur autem Ergasteria pagus quidam in quo et metalla sunt inter Cyzicum et Pergamum quadringentis et quadraginta stadiis distans a Pergamo.

[23. *De plumbo.*] Plumbum facultatis est refrigerantis. Siquidem non multam habet substantiam humidam a frigroe congelatam coactamque, sed et aëream, paucam autem terream. Igitur quod plurimum habet essentiae humidae a frigore coactae, indicium tibi esto quod ubi admotum est igni celeriter fundatur fluatque. Quod vero et aëreae sit particeps, hoc habeto signum. Omnium quae novimus unicum plumbum tum mole ipsa tum pondere augetur, si condetur in aedibus subterraneis aërem habentibus turbidum, ita ut quaecunque illic ponantur, celeriter situm colligant. Tum etiam plumbea statuarum vincula, quibus earum pedes annectuntur, saepenumero crevisse visum est et quaedam adeo intumuisse ut ex lapidi-

μὲν οὖν πιθανὰ πρὸ τῆς πείρας γνωρίσματα τῆς ὑγρότητός τε καὶ ψύξεως αὐτοῦ. τὰ δ' ἐπιστημονικά τε καὶ βέβαια διὰ τῆς πείρας γινώσκεται. θυίαν γοῦν σκευάσας ἐκ μολύβδου, μετὰ δοίδυκος μολυβδίνου βαλὼν εἰς αὐτὴν, ὅ τι ἂν ἐθέλοις ὑγρὸν, εἰ τρίβοις, ὡς ἀνεῖναι χυλόν τινα τόν τε δοίδυκα καὶ τὸν μόλυβδον, τὸ γεννώμενον ἐξ ἀμφοῖν εὑρήσεις πολὺ ψυχρότερον τὴν δύναμιν ἢ τὸ ὑγρὸν ἐτύγχανεν ὄν. ἔξεστι δ' ἐμβάλλειν σοι καὶ ὕδωρ καὶ οἶνον λεπτὸν ὑδατώδη καὶ ἔλαιον καὶ πᾶν ὁτιοῦν τοιοῦτον. εἰ δὲ καὶ μᾶλλον βούλοιο τὸν χυλὸν ἐμψυκτικὸν ποιῆσαι, τὸ ἔλαιον ὀμφάκινον ἢ ῥόδινον ἢ μήλινον ἢ μύρσινον ἔστω. τῷ δὲ γεννωμένῳ χυλῷ χρώμενος εἴς τε τὰς ἐν ἕδρᾳ μεθ' ἑλκῶν ἢ στολίδων ἀνισχομένας φλεγμονὰς, εἴς τε τὰς ἐν αἰδοίοις καὶ ὄρχεσιν καὶ τιτθοῖς, ἄριστον ἕξεις φάρμακον. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων ῥευμάτων ἀρχομένων, ὅσα τε βουβῶσιν ἢ ποσὶν ἢ τοῖς ἄλλοις ἄρθροις ἐγκατασκήπτει, καὶ μέντοι καὶ τοῖς ἕλκεσι τοῖς κακοήθεσιν, ὡς καὶ πρὸς τὰ καρ-

bus dependerent cryftalli modo verrere. Atque hae probabiles quidem funt humiditatis ejus frigiditatisque notae priusquam experiaris. Caeterum fcientificae et certae per experientiam cognofcuntur. Praeparato igitur mortario fimulque piftillo utrisque ex plumbo infunde quemlibet liquorem, itaque terito ut et piftillus et plumbeum mortarium fuccum quendam reddant, id quod ex utroque conflabit, multo erit frigidius quam liquor ipfe fuerat. Licet autem et aquam et vinum tenue aqueum et oleum injicere aut quidvis ejusmodi. At fi etiam plus efficere fuccum voles refrigeratorium, oleum omphacinum aut rofaceum aut melinum aut myrtinum. Porro fi fucco qui proveniet uti voles, optimum habebis remedium et ad phlegmonas in fede cum ulcere aut rugis et ad eas quae in pudendis teftibusque et uberibus confiftunt, fimiliter adverfus caeteras omnes fluxiones incipientes, quae aut in inguina aut in pedes aut in alium quemvis articulum decumbunt. Sed et ulceribus rebellibus utile eft; nam ad cau-

κινώδη χρησάμενος αὐτῷ θαυμάσεις τὸ φάρμακον. εἰ δὲ βούλει διὰ ταχέων πλεῖστον ἀθροῖσαι τοῦ μολύβδου χυλὸν, ἐν ἡλίῳ πειρᾶ τρίβειν ἢ ὁπωσοῦν ἀέρι θερμῷ γεγονότι. πολύχρηστον δ' ἔσται σοι τὸ φάρμακον, εἰ καὶ τῶν ψυκτικῶν χυλῶν ἐμβαλὼν τρίβοις, οἷον ἀειζώου, κοτυληδόνος καὶ σέρεως καὶ θριδακίνης καὶ χονδρίλης καὶ ψυλλίου καὶ ὄμφακος καὶ ἀνδράχνης. [268] ὅσα δὲ τούτων οὐ μεθίησι ῥᾳδίως χυλὸν, ὥσπερ καὶ ἡ ἀνδράχνη, μιγνύειν αὐτοῖς τινα τῶν ἄλλων ὑγρῶν, οἷος καὶ ὁ τῆς ὄμφακός ἐστιν, ὃς καὶ αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ἐμβαλλόμενος τῇ προειρημένῃ θυίᾳ, κάλλιστον ἐμψυκτικὸν ἐργάζεται φάρμακον. ἀλλὰ καὶ πλατυνθεὶς ὁ μόλυβδος ἄνευ τῶν ἄλλων τινὸς, αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν μόνος, ὑποστόρεσμα γίνεται ταῖς ψόαις τῶν ἀσκούντων ἀθλητῶν, ὅταν ὀνειρώττωσιν, φανερῶς ἐμψύχων αὐτούς. καί που λεπὶς ἐκ μολύβδου λεπτὴ γενομένη καλῶς ἐπιδεθεῖσα κατὰ γαγγλίου (128) τελέως ἠφάνισεν αὐτό. καλῶς δ' ἐπιδήσει πᾶς ὁ μεμαθηκὼς ὑφ' Ἱπποκράτους κατὰ τὸ σῖνος ἐρείδειν μᾶλλον ἢ ἔνθεν καὶ ἔνθεν. οὐδὲν οὖν θαυμαστόν ἐστιν οὐδὲ

crofa eo utens virtutem medicamenti mirabere. Quod fi celeriter multum fucci plumbei voles colligere, conare in fole terere aut quocunque certe modo aëre calefecto. Multo autem utiliffimum habebis medicamentum, fi affufo refrigerantium fuccorum quopiam teras, ceu fempervivi, cotyledonis, intybi, lactucae, chondriles, pfyllii, omphacis, portulacae. Porro fiqua horum non facile in fuccum folvuntur, velut portulaca, mifceto illis aliorum fuccorum quempiam, velut omphacis, qui et ipfe per fefe praedicto mortario inditus medicamentum efficit refrigeratorium longe pulcherrimum. Quin et in laminam diductum plumbum ipfum per fefe athletarum fefe exercitantium lumbis infternitur, ubi Veneris fomniis vexantur, fcilicet nimirum haud obfcure eos refrigerans. Sed et bractea tenuis ex plumbo facta probe ganglio illigata plane ipfum diffipat. Illigabit autem probe quisquis ab Hippocrate didicerit in ipfam noxam potius firmandum quam hinc vel inde. Mirum ergo non eft, fi

τὸν κεκαυμένον μόλυβδον, ὅταν πλυθῇ, ψυκτικῆς γίνεσθαι δυνάμεως, πρὸ πλυθῆναι δὲ μικτῆς ἐστιν δηλονότι. καὶ τοῦτο μὲν οὖν αὐτὸ τὸ φάρμακον ὁ κεκαυμένος μόλυβδος ἀγαθόν ἐστιν πρὸς τὰ κακοηθευόμενα τῶν ἑλκῶν. ὅταν δὲ πλυθῇ, πολὺ μᾶλλον εἴς τε πλήρωσιν αὐτῶν καὶ συνούλωσιν ἄριστον γίνεται φάρμακον. ἁρμόττει δὲ καὶ τοῖς χειρωνείοις καλουμένοις καὶ καρκινώδεσιν ἅπασιν αὐτός τε καθ᾽ ἑαυτὸν καί τισι τῶν ἀπουλωτικῶν φαρμάκων μιγνύμενος, οἷόν ἐστι καὶ τὸ διὰ τῆς καδμείας. χρὴ δὲ λύειν μὲν ἐν ἀρχῇ, εἰ πολὺς ὁ ἰχὼρ εἴη, καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν· εἰ δὲ μὴ, διὰ τρίτης ἢ καὶ διὰ τετάρτης. ἐπικείσθω δὲ ἔξωθεν ἐξ ὕδατος ψυχροῦ σπόγγος, ὃς ὅταν ξηραίνηται, βρεχέσθω. ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ πλέον ἢ κατὰ τὴν προκειμένην πραγματείαν εἴρηται, διὰ τὴν οἰκειότητα τοῦ λόγου προαχθέντος μου. καιρὸς δ᾽ ἤδη πρὸς τὰ συνεχῆ μετιέναι.

[κδ΄. Περὶ ὀστράκου.] Ὄστρακον ξηραντικῆς τ᾽ ἐστὶ καὶ ῥυπτικῆς δυνάμεως, μάλιστα δὲ τὸ ἐκ τῶν κλιβάνων, τῷ κατωπτῆσθαι. διὸ καὶ τῶν ἐμπλάστρων ἣν ὀνομάζουσιν

plumbum crematum, ac rurfus ablutum refrigerantis efficiatur facultatis, quum ante lotionem mixtae fuerit. Et hoc ipfum medicamentum, nempe plumbum combuftum, bonum eft ad ulcera rebellia. Ubi vero lotum fuerit, multo optimum medicamentum eft et ad ulcerum impletionem et ad eadem cicatrice obducenda. Convenit et chironeis quae vocant ulceribus et cancrofis et putredinofis omnibus, tum ipfum per fefe tum medicamentorum ad cicatricem perducentium quibusdam commixtum, quale eft quod ex cadmia conficitur. Caeterum folvendum eft principio, fi copiofa fit fanies, quotidie, fi minus, tertio aut quarto quoque die. Verum foris fpongiam imponito aquae frigidae, quae fi deficcetur, rurfum mergatur. Sed haec fufius quam pro inftituto diximus, plufculum fermonis affinitate provecti. At tempus jam eft fequentia deinceps perfequi.

[24. *De oftraco, tefta.*] Tefta deficcandi vim poffidet atque abftergendi, maxime quae ex fornacibus eft, quod videlicet tofta fit. Quocirca emplaftrum quod vocant he-

ἡφαιστιάδα, διὰ τούτου σκευαζομένη κάλλιστον ἐπουλωτικὸν γίνεται φάρμακον.

[κε'. *Περὶ πομφόλυγος καὶ σποδίου.*] *Πομφόλυξ* γίνεται μὲν καὶ κατὰ τὴν τοῦ χαλκοῦ καμινείαν, ὥσπερ καὶ ἡ καδμεία. γίνεται δὲ καὶ αὐτῆς τῆς καδμείας καμινευομένης καὶ κατά τε τὴν Κύπρον, ἐπειδὴ τὴν παρασκευὴν οὐκ εἶχεν εἰς τὴν τοῦ χαλκοῦ καμινείαν ὁ ἐπίτροπος, ἐκέλευσεν ἐξ αὐτῆς τῆς καδμείας σκευασθῆναι παρόντι καὶ θεωμένῳ πομφόλυγα, κατὰ σμικρὰ θραύματα τῆς καδμείας ἐπιβαλλομένης τῷ πυρὶ, προσκειμένῳ αὐτῷ δηλονότι χαλκευτικῆς φύσεως. ὄροφος δ' ἦν τις στεγανὸς ὑποδεχόμενος τὸν ἀναφερόμενον αἴθαλον, καμινευομένης τῆς καδμείας, ὃν ἀθροίσας ἔσχον πομφόλυγα. τὸ δ' ἀντικαταφερόμενον κάτω καὶ πῖπτον ἐπὶ τοὔδαφος ἡ καλουμένη σποδός ἐστι, πλείων ἀθροιζομένη κατὰ τὰς τοῦ χαλκοῦ καμινείας. ἔνιοι δὲ σπόδιον οὐδετέρως αὐτὴν ὀνομάζουσιν, ᾧ δοκεῖ παραπλησίαν δύναμιν ἔχειν τὸ καλούμενον ἀντισπόδιον. ἐγὼ δ' οὐδέποτε ἐχρησάμην αὐτῷ διὰ τὸ δαψιλῆ ἔχειν ἀεί τις πομφόλυγα. ταύτην γὰρ ἔχων τις οὐδ'

phaeſtiada ex hac praeparata videlicet optimum eſt medicamentum inducendae cicatrici.

[25. *De pompholyge et ſpodio.*] Pompholyx fit et in aeris fornace, velut et cadmia, fitque et dum in fornacibus cadmia uritur, ut in Cypro. Quum enim praefectus ad aeris fornacem inſtructas res non haberet, praecepit ex ipſa cadmia praeparari, praeſentibus atque inſpectantibus nobis pompholyga, videlicet minutis cadmiae fragmentis in ignem conjectis, addito videlicet eo quod aeris naturam habet. Camera quaedam erat incurva, nuſquam pertuſa, ſed integra quae egeſtam ab uſta cadmia favillam excipiebat, quam ubi collegiſſent, habebant pompholyga. At quod reflectens in pavimentum recidebat, ſpodos eſt quam vocant, quae plurima, ubi aes in fornacibus uritur, colligi aſſolet. Quidam eam ſpodium neutro genere pronunciant, cui videtur ſimilem habere facultatem quod vocant antiſpodium. At ego illo uſus ſum nunquam, quum large mihi ſemper pompholyx ſuppeteret. Nec enim quisquam, ubi haec adſit, ſpodio uti

ἐν τῷ σποδίῳ χρήσαιτο, μήτοι γε τῷ ἀντισποδίῳ. φαρμάκων δ' ἐστὶν ὁ πομφόλυξ, εἰ πλυθείη, σχεδὸν ἁπάντων ὅσα ξηραίνειν ἀδήκτως πέφυκε προφερέστατον, ὅθεν εἴς τε τὰ καρκινώδη τῶν ἑλκῶν ἐστιν ἐπιτήδειος καὶ τἄλλα τὰ κακοήθη πάντα. [269] μίγνυται τοιγαροῦν εἴς τε τὰ κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς ῥεύματα συντιθέμενα κολλύρια καὶ ὅσα φλυκταίνας τὰς ἐν αὐτοῖς ἢ ἕλκη θεραπεύει, καὶ πρὸς τὰ κατὰ τὴν ἕδραν τε καὶ αἰδοῖον ἕλκη. καὶ κάλλιστόν ἐστι φάρμακον ἀδήκτως, ὡς ἔφην, ξηραῖνον. ἀλλ' οὐ τῆς προκειμένης πραγματείας τὸ χρονίζειν ἐν τούτοις.

[485] [Τὸ Τιμοκράτους ὀδοντότριμμα. πρὸς οὖλα πλαδῶντα, μυδῶντα αἱμασσόμενα, σειομένους ὀδόντας, κινουμένας μύλας, ὀζαίνας, σηπεδόνας, παρουλίδας καὶ πάντα τὰ ἐν τῷ στόματι καὶ ὀδονταλγίας.] Λαβὼν τῆς περδικίας βοτάνης μόδιον Ἰταλικὸν, ἐν ἄλλῳ μνᾶν, ἁλῶν λευκῶν καὶ λεπτῶν ξε α΄. μέλιτος ἐξάγιον α΄. κόψον, ὡς γενέσθαι μάζαν ψαφαρωτέραν, εἶτα ἐμβαλὼν εἰς χύτραν καινὴν περίπλασον πηλῷ κεραμικῷ. τὸ δὲ πῶμα ἡρμοσμένον, κατὰ μέσον τρῆμα ἔχον, δι᾽ οὗ κινείσθω ῥάβδῳ ἐξ ἀνθρακιᾶς ὠπτημένῳ, ἕως οὗ μήτε καπνῶδες μήτε ἀτμῶδες ἀναφέρηται, εἶτα ἄρας ἀπὸ τοῦ πυρὸς καὶ ψύξας λάμβανε ἐπ᾽ αὐτοῦ < ιδ΄. πεπέρεως λευκοῦ < ε΄. πεπέρεως μέλανος < στ΄. πυρέθρου < στ΄. στυπτηρίας σχιστῆς κεκαυμένης καὶ ἐσβεσμένης οἴνῳ αὐστηρῷ < β΄. κισσήρεως, σμύρνης, ὑσσώπου, σελίνου σπέρματος, γλήχωνος ἀνὰ γο β΄. ἡδυόσμου, ἴρεως Ἰλλυρικῆς, ἀνὰ < γ΄. ταῦτα προξηράνας ἐν ἡλίῳ, κόπτε, σῆθε καὶ μίγνυε τῷ ἐκ τῆς χύτρας προλελειωμένῳ. ἄλλο. ℞ περδικίου προσφάτου < ι΄. μέλι-

[*Timocratis dentifricium, ad gingivas madore laxatas putrescentesque ac cruentatas, mobiles molares, concussos dentes, ozaenas, putrefactiones, parulidas et omnia oris vitia ac dentium dolores.*] Accipito herbae perdicialis modium Italicum, alii minam habent, salis albi tenuis sextarium unum, mellis exagium. Contundito ut massa friabilior reddatur, qua in ollam novam conjecta, ollam luto figulino obturato, operculum autem adaptetur circa medium perforatum, quo per ipsum foramen rudicula immissa medicamentum super prunas positum agitetur, donec neque fumosum quippiam, neque vaporosum efferatur. Deinde ab igne tollito et refrigerato. Et sumito ex hoc toto ʒ xiv, piperis albi ʒ v, piperis nigri ʒ vj, pyrethri ʒ vj, aluminis scissi usti et vino austero extincti drach. ij, pumicis, myrrhae, hyssopi, seminis apii, pulegii, singulorum sextantem, mentae, iridis Illyricae, utrinsque ʒ iij. Haec omnia in sole praesiccata tundito et cribrato, ac reliquis ex olla laevigatis admisceto. *Aliud.* ℞ Perdicii recentis drach. x, mellis

τος < δ΄. στυπτηρίας σχιστῆς < δ΄. ἴρεως Ἰλλυρικῆς < δ΄. πεπέρεως λευκοῦ < η΄, μέλανος < γ΄. κισσήρεως < β΄. σμύρνης < γ΄. πυρέθρου < β΄. ἡδυόσμου ξηροῦ < γ΄. ὑσσώπου < β΄. γλήχωνος < β΄. σελίνου σπέρματος < β΄. σιδηρίτιδος βοτάνης < γ΄. ἁλῶν ὀρυκτῶν < ιδ΄. τὴν περδίκιον καὶ τὴν σιδηρῖτιδα καὶ τὸ μέλι καὶ τοὺς ἅλας φυράσας καῦσον, τὴν δὲ σχιστὴν ἰδίᾳ καύσας οἴνῳ σβέσον, εἶτα ὁμοῦ πάντα κόψας χρῶ. ἄλλο. ℞ ἁλῶν ὀπτῶν διὰ μέλιτος τῶν μετὰ τοῦ περδικίου < ιδ΄. στυπτηρίας σχιστῆς, ὀπτῆς, ἐσβεσμένης οἴνῳ αὐστηρῷ, ἴρεως Ἰλλυρικῆς ἀνὰ < δ΄. ἑλξίνης, σμύρνης, ἡδυόσμου ξηροῦ ἀνὰ < γ΄. γλήχωνος ξηρᾶς, κισσήρεως, πυρέθρου, ὑσσώπου, σελίνου σπέρματος ἀνὰ < β΄. φύλλου μαλαβάθρου < β΄, πεπέρεως λευκοῦ < ε΄. μέλανος < στ΄. κόψας, σήσας χρῶ. ἄλλο. ℞ ἁλῶν ὀπτῶν διὰ τοῦ μέλιτος τῶν μετὰ τοῦ περδικίου < ιδ΄. γλήχωνος < β΄. στυπτηρίας σχιστῆς, ὀπτῆς καὶ ἐσβεσμένης οἴνῳ αὐστηρῷ < δ΄. ἴρεως Ἰλλυρικῆς < δ΄. πεπέρεως λευκοῦ < ε΄. καὶ μέλανος < στ΄. κισσήρεως < β΄. σμύρνης < γ΄. ἡδυόσμου < γ΄. πυρέθρου < β΄. ὑσσώπου < β΄. σελίνου σπέρματος < β΄. οἱ

ʒ iiij, aluminis scissi ʒ iv, iridis Illyricae ʒ iiij, piperis albi ʒ viij, nigri ʒ iij, pumicis ʒ ij, myrrhae ʒ iij, pyrethri ʒ ij, menthae siccae ʒ iij, hyssopi ʒ ij, pulegii ʒ ij, seminis apii ʒ ij, herbae sideritidis ʒ iij, salis fossilis ʒ xiiij. Perdiciam et sideritidem, ac mel et salem mixta urito, alumen vero per se ustum vino extinguito, deinde simul omnibus contusis utitor. *Aliud*. ℞ Salis assati cum melle et perdicio ʒ xiiij, aluminis scissi assati et vino austero extincti, iridis Illyricae, utriusque ʒ iv, helxines, myrrhae, menthae siccae, singulorum ʒ iij, pulegii sicci, pumicis, pyrethri, hyssopi, seminis apii singulorum ʒ ij, folii malabathri ʒ ij, piperis albi ʒ v, nigri ʒ vj. Tusis et cribratis utitor. *Aliud*. ℞ Salis tosti cum melle et perdicio ʒ xiiij, pulegii ʒ ij, aluminis scissi usti et vino austero extincti drach. quatuor, iridis Illyricae ʒ iiij, piperis albi ʒ v, nigri ʒ vj, pumicis ʒ ij, myrrhae ʒ iij, menthae ʒ iij, pyrethri ʒ ij, hyssopi drachmas duas, seminis apii drachmas duas. Sal lotus melle

ἅλες πεπλυμένοι μέλλει καλῶς φυρῶνται, τριβέντες καὶ ἐντεθέντες εἰς χύτραν καινήν· ἔπειτα δεῖ τὸ περδίκιον ἐπιτιθέναι μεταξὺ τῶν ἁλῶν αὐτοῦ ἐνσπειρομένων, ἔπειτα δὲ ἐπιθέματος ἐπιτιθέντος περιπλάσσεται πηλῷ καὶ ἐν τῷ κλιβάνῳ ὀπτᾶται, ἐξαιρεθέντα δὲ τρίβεται συντριβομένων τῶν ἁλῶν, πάνυ δὲ λείοις χρῆσθαι.

[Σμῆγμα ὀδόντων, ἵνα λευκοὶ ὦσι καὶ εὐώδεις καὶ ἵνα μὴ διαβιβρώσκωνται.] ℞ Νίτρου γο α'. σηπίας ὀστράκου γο α'. σμύρνης γο α'. λείοις χρῶ. ὀδοντότριμμα κάλλιστον. ℞ στυπτηρίας σχιστῆς γο στ'. μαστίχης γο α'. ῥόδων κόμης γο γ'. ἴρεως γο δ'. λείοις χρῶ καὶ ὕδατι χλιαρῷ διακλύζου.

[Τὸ Δαμοκράτους ἐγγραφόμενον ὀδοντότριμμα.] Πυθικοῦ λεγόμενόν τι βιβλίδιον εἶναι μικρὸν, ὃ Δαμοκράτης ἐπέγραψε Πυθικὸν, ἀπὸ τοῦ δόντος αὐτῷ τὰς τῶν στοματικῶν φαρμάκων συνθέσεις ὀνομάσας οὕτω, ἐν ᾧ κατὰ τὸ τέλος καὶ ταῦτα γέγραπται·

probe subigitur, tritusque in ollam novam mittitur, deinde etiam perdicium inditur sale undique conspersum, quo facto operculum ollae imponitur, ipsaque luto oblita in clibanum datur, indita torrentur et exempta simul cum aliis teruntur, oportet enim valde laevigata in usum assumere.

[*Smegma dentium, quo albi et odorati redduntur et ab erosione servantur.*] ℞ Nitri ℥ j, testae sepiae ℥ j, myrrhae ℥ j, tritis utitor. *Dentifricium optimum.* ℞ Aluminis scissi sexuncem, mastiches ℥ j, comae rosarum quadrantem iridis trientem. Tritis utere, indeque aquam tepidam colluendam praebe.

[*Dentifricium Damocrati inscriptum.*] Libellus parvus extat Pythici appellatus, quem Damocrates Pythicum inscripsit ab eo, qui ipsi medicamentorum ori destinatorum compositiones tradidit, appellatione ducta, in quo sane libello juxta finem etiam haec conscripta reperiuntur·

Ὀδοντοτρίμμασιν δὲ τούτοις χρώμενος
Λευκοὺς τηρήσεις τοὺς ὀδόντας κἀσινεῖς.
Τὰ πλαδαρά τε οὖλα καταστέλλεις ἅμα.
Αἴρεις δὲ καὶ τὰς τῶν στομάτων δυσωδίας,
Ποιῶν τὸ μὲν ἄκρως λευκὸν οὕτω σκευάσας,
[486] *Κέρατος ἐλαφείου τετράκις κεκαυμένου*
Λίτρας τέσσαρας, ἁλὸς λίτραν α′.

Ἐν ἄλλῳ δ' εὗρον οὕτω.

Κέρατος ἐλαφείου κεκαυμένου τετράκις
Λίτρας S. *ἁλὸς γο διπλᾶς,*
Ἀμμωνιακοῦ ξηροῦ τε καὶ μὴ τοῦ πικροῦ,
Χόνδρου τε λίτραν α′. μαστίχης Χίας λίτραν μίαν.
Κόστου λίτρας γο γ′. ἢ πλεῖον βραχὺ,
Σχίνου τε λευκῆς ταὐτὸ καὶ λευκοῦ πεπέρεως
γο α′. φύλλου μαλαβάθρου γο β′.
Κόψας ἐν ὅλμῳ πάντα καὶ σήσας ἅμα
Χρῆσθαι κελεύσεις, ὡς φράσω μετ' οὐ πολύ.
Εἰ δὲ θελήσεις αὐτὸ σκευάσαι ποτὲ

Si dentifriciis voles uti bonis,
Quae candidos custodiant, immobiles
Dentesque reddant, oris et graveolentiam,
Laxasque gingivas sedent et comprimant,
Album hoc parabis optimum sic medicamentum.
Cervi cape cornu sic quater usti quam optime,
Quartam librae partem, salis solam libram.

In alio exemplari sic reperi.

Cervi cape cornu sic quater usti quam optime
Libram mediam, rursus salis uncias duas,
Ammoniaci sicci, nec amari hinc amplius,
Alicaeque, masticheς Chiae solam libram;
Costi quadrantem aut paululum quid amplius;
Albique junci tantum et albi mox piperis
Unam unciam, folii malabathri uncias duas.
Contusa, cribrata omnia haec mortario,
Utenda praebebis modo, quem dixero.
Quod si velis parare quando ad phlegmonas,

Ed. Chart. XIII. [486.] Ed. Baf. II. (236.)

Πρὸς φλεγμονὴν οὔλων καὶ τραύματα ἔχοντα,
Σαρκῶν ἐπιφύσεις τετυλωμένας, σχιστῆς
Προσέμβαλε στυπτηρίας λίτραν μίαν.

Ἄλλο Δαμοκράτους ὀδοντότριμμα.

Τὸ δὲ μᾶλλον οὕτω γενέσθαι δυνάμενον,
Μετὰ εὐχρείας καὶ τὸ συμφέρον πολὺ
Ἔχον, μετά τινος ἡδονῆς τῶν χρωμένων.
Χλωρὰν ἐπὶ πολὺ, τὴν σιδηρῖτιν πόαν,
Εἰς λοπάδα καινὴν εὐμεγέθη πολλὴν ἐμβαλὼν,
Κριθῆς παράμισγε τὸ μέτριον τῆς προσφάτου,
Κᾆτα θές γε ἐπ᾽ αὐτῆς τῆς πόας δεσμίδιον,
Ἅλας περίπασσε, εἶτα τῆς πόας πάλιν,
Εἶτα κριθὴν πάλιν, εἶτα τοῦτο πολλάκις
Ποιῶν, ἀποπλήρου τὸ πᾶν κύτος τῆς λοπάδος.
Ἄνωθεν δὲ ἱκανὸν τῆς πόας τιθεὶς πάλιν,
Εἰς ἴπνον ἔχοντα θερμασίαν ἢ κλιβάνῳ
Θεῖναι κέλευσον νύκτα ὅλην ἵνα ἐκφρυγῇ,
Μᾶλλον δ᾽ ἵνα ἐκκαῇ καὶ δυνηθῇ ῥᾳδίως

Et utile gingivis cruentis, sauciis,
Carnemque callosam simul promentibus,
Aluminis conjungito his scissi libram.

Aliud Damocratis dentifricium.

Verum magis parabile hoc fortasse erit,
Et promptius factum minus nec commodum,
Admixta et hoc quadam simul dulcedine.
Multum sideritim viridem capito herbulam,
Magnam in novam, quam tu patinam mox inditam,
Miscebis hordeo recenti, sed modico.
Sic hordeo ut posito sequatur fasciculus
Herbae, sal hinc, herba atque iterum mox hordeum.
Fiantque tam diu vicissim haec omnia,
Donec patinae omnem expleris amplitudinem,
Ut mox supernum rursus herba habeat locum.
Furnoque mox calente vel clibano indita,
Torrenda per noctem sines vel sic potius
Urenda, quo teri queant ita promptius,

Λεῖον γενέσθαι καὶ διελθεῖν κοσκίνῳ.
Εὐωδίας δὲ χάριν πρόσβαλλε βραχὺ
Λευκοῦ πεπέρεως καὶ λιβάνου μὴ πολύ.
Σχίνου δὲ πλεῖον καὶ κυπείρου τῆς καλῆς.
Ταῦτα ἀφαιρῶν πάντα καταμίσγεις μόνον,
Χίας πολὺ πλέον, μαστίχης ξηρᾶς πάνυ
Διδόναι χρὴ τοῖς θέλουσι εἰς ἑσπέραν.
Ὄρθρου δὲ πάλιν τοῖς καθαρίοις ἀνδράσιν,
Ἐπὶ διακλύζεσθαι μετὰ φάρμακα κράματι,
Πρόσταττε χρῆσθαι καὶ μάλιστ᾽ εἰς ἑσπέραν.
Ὄρθρου δ᾽ ὀξυμέλιτος εὖ κεκραμένου,
Μάλιστα πρὸς τὰς τῶν στομάτων δυσωδίας.

(237) [*Παρὰ Αὐρηλίου.*] *Στυπτηρίας καύσας ἐπὶ μύακος χαλκοῦ καὶ ὀστράκου, κατασβέννυε οἴνῳ αὐστηρῷ, ἀπὸ ταύτης λάβε γο θ΄. μαστίχης γο στ΄. λιβάνου γο α΄. φύλλου ∠ δ΄. κυπέρου ∠ δ΄. καὶ χρῶ. ἄλλη ᾗ χρῶμαι. ℞ κέρατος ἐλαφείου κεκαυμένου ∠ β΄. μαρμάρου γο α΄. ὀριγάνου ∠ δ΄. χρῶ.*

Cribroque mox, sed arctiore hinc excuti.
Odoris addes gratia his parum tamen
Albi piperis, thurisque mox item modicum.
Hinc junci odori plus, cyperique optimae.
At omnibus mixtis probe et jam sepositis
Plus mastiches aridae Chiae conjunxeris.
Dabis sed hinc in vesperam volentibus,
Maneque rursus maxime puris viris.
Sed colluant a medicamento mox bromium,
Lymphis sociatum et maxime hoc in vesperam,
Sed mane acetum mulsum aquosum praestiterit
Oris levandis turpibus foetoribus.

[*Aliud Aurelii.*] Alumen in testa aerea aut figulina urito ac vino austero extinguito, ejusque dodrantem accipito, mastiches sexuncem, thuris ℥ j, folii malabathri ʒ iiij, cyperi ʒ iiij misceto ac utitor. *Alia qua utor.* ℞ Cornu cervi usti ʒ ij, marmoris ℥ j, origani drach. quatuor utitor.

[Περὶ φαρμάκου συνθέσεως προφυλακτικοῦ ὀδόντων.] ℞ Τραγοριγάνου ∠ β΄. ὑσσώπου ∠ δ΄. περδικίου βοτάνης, τῆς τιβερίας ἀναδευθείσης μέλιτι καὶ ἅλατι λεπτῷ καὶ καυθείσης ἐν χύτρᾳ ὡς ἀνθρακωθῆναι γο γ΄. πεπέρεως ∠ δ΄. κόψας, σήσας, τούτῳ χρώμενος ἀπόθου, οὔτε ἀλγήσονται ὀδόντες οὔτε τμηθήσονται οὔτε παρουλίδες αἱμαχθήσονται οὔτε ὑπερσαρκώσουσιν οὔτε ῥευματισθήσονται, ἕξεις δὲ εὐώδες τὸ στόμα καὶ λαμπροὺς τοὺς ὀδόντας. τινὲς δὲ ταρίχους καύσαντες ἐν χύτρᾳ προσβάλλουσι τῷ φαρμάκῳ ἢ κύβιον. κατ᾽ ἰδίαν γὰρ ἐάν τις χρήσηται τῇ σποδιᾷ, οὐκ ἀλγήσει.

[*Compofitio medicamenti dentes praeservantis.*] ℞ Tragorigani ʒ ij, hyffopi ʒ iiij, herbae perdicii, melle et fale tenui fubactae et in olla exuftae, donec in prunas redigatur, quadrantem, piperis ʒ iiij, tundito et cribrato, et poft ufum reponito. Neque dolebunt dentes neque findentur neque parulides producentur, neque gingivae fuperflua carne redundabunt neque fluxione infeftabuntur. Habebis autem os odorum et fplendidos dentes. Quidam falfamenta in olla exufta ad medicamentum addunt, aut etiam cybium, fiquis enim eorum cinere per fe utatur, dentis dolorem non percipiet.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΣΥΝΘΕΣΕΩΣ ΦΑΡΜΑΚΩΝ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΟΠΟΥΣ ΒΙΒΛΙΟΝ Ζ.

Ed. Chart. XIII. [487.] Ed. Baf. II. (237.)

Κεφ. α'. Ἀληθὴς μὲν ἀμέλει καὶ ὁ λεγόμενος ὑπὸ τῶν πλείστων τεχνιτῶν ἐστι λόγος, ὡς οὐκ ἴσον οὐδ' ὅμοιον εἴη παρὰ ζώσης φωνῆς μαθεῖν ἢ ἐκ συγγράμματος ἀναλέξασθαι. τοῖς γε μὴν φιλοπόνοις καὶ φύσει συνετοῖς οὐχ ἡ τυχοῦσα πολλάκις ὠφέλεια γίνεται βιβλίοις ἐντυγχάνουσι σαφῶς γεγραμμένοις. ἐπιστάμενος οὖν κἀγὼ πρώτοις μὲν τοῖς ἑταίροις, ὅσοι καὶ διὰ τῶν ἔργων ἔγνωσαν ὁπόσην

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM SECVNDVM LOCOS LIBER VI.

Cap. I. Verus profecto fermo eft, quem plerique artifices in ore habent, quod non idem fit neque fimile a viva voce difcere et ex libro legere, at vero induftrii et natura prudentes homines non vulgarem faepe utilitatem confequuntur, fi in libros incidant non obfcure confcriptos. Itaque quum fciam non parvam utilitatem ex hac tractatione primum quidem amicis ac fodalibus acceffuram effe,

ἔχει δύναμιν ἡ λογικὴ μέθοδος εἰς εὐπορίαν φαρμάκων, οὐ σμικρὸν ὄφελος ἐκ τῆσδε τῆς πραγματείας ἔσεσθαι, βουλόμενος δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις βοηθεῖν, ὅσοι κάμνειν ἐπὶ τοῖς καλλίστοις οὐκ ὀκνοῦσιν, τὴν τοῦ λόγου τοῦδε διέξοδον ἐνεστησάμην, οὐκ ἐσπευμένην οὐδὲ σύντομον ἐν αὐτῇ τὴν διδασκαλίαν ποιούμενος, ἀλλ᾽ ἐκτεταμένην τε καὶ μακροτέραν, ὁποίαν διὰ τῶν ἄνευ γραφῆς λόγων ἑκάστοτε πρὸς τοὺς ἑταίρους εἴωθα ποιεῖσθαι. διαφέρει γὰρ ἡ λογικὴ τῶν βοηθημάτων εὕρεσις τῆς ἐμπειρικῆς, ὡς καὶ πρόσθεν ἤδη μοι κατὰ τὸν τῶν νευροτρώτων λόγον εἴρηται, τῇ καθόλου γνώσει τῆς δυνάμεως τῶν φαρμάκων, οἷς χρῆσθαι προσήκει καθ᾽ ἕκαστον τῶν παθῶν. ἐπὶ γοῦν τῶν στοματικῶν ὀνομαζομένων φαρμάκων, ὁποῖόν ἐστι τὸ διὰ τῶν μόρων ἅπασι γινωσκόμενον, ὁ πρῶτος σκοπὸς τῆς ἰάσεως ἐστὶ κοινὸς ἁπάντων τῶν φλεγμαινόντων μορίων, εἶθ᾽ ἑξῆς ὁ δεύτερος, ἴδιος ἐξ αὐτοῦ θεραπευομένου. τίς οὖν ἡ τῶν φλεγμαινόντων ἐστὶ διάθεσις ἐγνῶσθαι χρὴ πρότερον, εἰ μέλλοιμεν ἐξ αὐτῆς ἔν-

qui videlicet etiam per opera cognoverunt quantam vim habeat rationalis methodus ad medicamentorum copiam parandam, deinde vero etiam aliis fingulis, qui optimarum rerum ftudio fe fatigare non ceffant, rem gratam facere volens, ad hujus operis explicationem progreffus fum non feftinabundo et compendiario docendi modo in hoc inftituto, fed prolixo et longiore, quali etiam in fermonibus, quos frequenter circa fcriptum ad amicos habeo uti foleo. Praeftat enim rationalis auxiliorum inventio ab empirica, ficut etiam ante jam mihi in fermone de fauciatis nervis dictum eft, in cognitione univerfali facultatis medicamentorum, quorum ufus circa fingulas affectiones contingit. In medicamentis itaque ftomaticis appellatis, velut eft quod ex moris conftat omnibus notum, primus medendi fcopus eft communis omnium partium inflammatarum, deinde confequenter alter fcopus privatim ex ea quae curatur. Quae igitur fit affectio inflammatorum prius noffe oportet, fi ex ipfa indicationem quandam auxiliorum accipere velimus.

δειξίν τινα τῶν βοηθημάτων λήψεσθαι. προμεμαθήκαμεν δὲ καὶ προαποδεδειγμένον ἔχομεν, ἐξ ἐπιῤῥοῆς αἵματος θερμοῦ γίνεσθαι τὰς φλεγμονάς. ἐμάθομεν δὲ καὶ ὡς τὸ ἐπιῤῥέον τοῦτο κατ' ἀρχὰς μὲν ἀναστεῖλαί τε καὶ ἀποκρούσασθαι προσήκει, πλὴν εἰ παλινδρομήσει ἐπί τι κύριον μόριον, [488] ἕτερόν τι μεῖζον ἐργάζεσθαι πολὺ κακόν. ἀλλ' οὐ νῦν ἐστι χρεία τῶν τοιούτων διορισμῶν, ὡς μεμνημένων γὰρ ἡμῶν ὅπως χρὴ τὸ σύμπαν σῶμα προπαρασκευάζειν εἰς τὴν κατὰ τὸ μόριον ὁτιοῦν συνισταμένων παθῶν ἴασιν, ἐπὶ τὸ προκείμενον ἀφίξομαι. καὶ γὰρ φλεβοτομίᾳ χρώμεθα καὶ καθάρσει καὶ κλυστῆρσι καὶ ἀσιτίαις, ὅταν ἡμῖν τὸ πᾶν σῶμα φαίνηται πληθωρικὸν ἢ κακόχυμον ὑπάρχον. εἰ δὲ μηδέτερον εἴη τούτων, ἐπὶ τὴν διὰ τῶν τοπικῶν ἴασιν εὐθέως ἀφικνούμεθα. πῶς οὖν εὑρίσκειν αὐτὰ χρὴ τὸν μέλλοντα καλῶς ἰᾶσθαι τὰς ἐν τῷ στόματι φλεγμονάς; ὁ γάρτοι λόγος οὗτος εὐθέως σε διδάσκει, καὶ πῶς δεῖ τοῖς εὑρημένοις χρήσασθαι προσηκόντως. ἑωρακότας δὲ τοὺς ἑταίρους πολλάκις ἀναμιμνήσκω τοῖς τῶν καλεσάντων ἰατρῶν εἰς συμβουλήν με

Praedidicimus autem et prius demonstratum habemus, inflammationes ex calidi sanguinis influxu fieri. Didicimus etiam, quod hunc ipsum influxum in principio quidem reprimere ac repellere oporteat, praeterquam si ad partem aliquam principem recursurus sit atque aliud quoddam gravius malum effecturus. Verum nunc adeo nihil opus habemus ejusmodi determinationibus, sic nos enim ubi ad memoriam revocaverimus, quomodo totum corpus praeparare ad curationem affectuum circa quamcunque partem consistentium oporteat, ad institutum progrediemur. Etenim venae sectione utimur et purgatione et clysteribus et inedia, ubi totum corpus apparuerit aut plethoricum aut cacochymum. Si vero neutrum horum adsit, statim ad curationem per localia remedia pervenimus. Quomodo igitur invenire ipsa oporteat eum qui oris inflammationes rite curare velit, praesens sermo statim te docebit, et quomodo inventis convenienter uti oporteat. Sodalibus autem in memoriam revocabo, quum ii me saepe viderint medicamentis eorum

Ed. Chart. XIII. [488.] Ed. Baf. II. (237.)
φαρμάκοις θεραπεύσαντα τὰς διαθέσεις, ὧν ἕνεκεν ἐκλήθην. ἀδύνατον γάρ ἐστι καλῶς χρῆσθαι φαρμάκῳ μὴ γινώσκοντα τὴν δύναμιν αὐτοῦ, καθ' ἣν ἐνεργοῦν ὠφελεῖ. κατὰ τὸν οὖν αὐτὸν τρόπον ἐπὶ τῶν ἐν τῷ στόματι συνισταμένων φλεγμονῶν ὁ κοινὸς σκοπὸς ἁπασῶν αὐτῶν, ἐὰν προσλάβῃ τὴν ἐκ τῆς τοῦ μορίου φύσεως ἔνδειξιν, εὑρήσει πρῶτον μὲν τὸ γένος τῶν φαρμάκων οἷς χρῆσθαι προσήκει, εἶτα ἑξῆς τὰς κατὰ μέρος ἐν αὐτοῖς διαφορὰς, ἐάν γε προγινώσκῃ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων τὴν δύναμιν, ὡς ἤδη πολλάκις ἐδείχθη. τὸ μὲν οὖν γένος τῶν ἀποκρουστικῶν φαρμάκων ἐπὶ τῶν ἀρχομένων φλεγμονῶν ἐν τῇ τῶν ψυχόντων ἐστὶν ὕλῃ. τούτων δὲ αὐτῶν διττῶν ὄντων, ὡς ἐμάθομεν, ὅσα στύφειν πέφυκεν, ἐναργεστέραν ἔχει τὴν δύναμιν εἰς τὸ θᾶττον ἀποκρούσασθαι τὸ ἐπιῤῥέον, ὑπάρχει δ' εὐθέως αὐτοῖς καὶ τὸ συνάγειν καὶ πυκνοῦν τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ σώματος, ᾧ προσάγεται. κοινὸς μὲν οὖν ὁ σκοπὸς οὗτός ἐστι τῆς τῶν ἀρχομένων φλεγμονῶν κωλύσεως ἀπὸ τοῦ πάθους ἐνδεικτικῶς

medicorum, qui me in confilium advocarent, curantem eas affectiones, quarum gratia vocatus fui. Impoffibile enim eft medicamento rite uti eum, qui vim ipfius non nofcit, juxta cujus efficaciam auxiliatur. Eodem igitur modo in inflammationibus in ore confiftentibus communis fcopus omnium ipfarum, fi adfumpferit ex natura particulae indicationem, reperiet primum quidem genus medicamentorum, quibus uti conveniet; deinde confequenter etiam particulares in ipfis differentias, fi quidem praecognoverit fimplicium medicamentorum facultatem, velut jam faepe eft demonftratum. Genus igitur repellentium medicamentorum in principio inflammationum, in refrigerantium materia fitum eft. Haec autem ipfa quum duplicia exiftant, ut didicimus, quaecunque adftringendi natura praedita funt, efficaciorem vim habent ad influxum citius repellendum. Ineft autem ipfis ftatim etiam vis cogendi et denfandi fuperficiem corporis, cui adhibentur. Communis igitur fcopus hic eft prohibendi incipientes inflammationes, ab ipfius affectionis indicatione

εὑρημένος. ὁ δὲ ἀπὸ τῆς τοῦ θεραπευομένου μορίου φύσεως αὐτῷ προσέρχεται, γινωσκόντων ἡμῶν ἀραιοτέραν εἶναι καὶ μαλακωτέραν τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ κατὰ τὸ στόμα χιτῶνος, οὐ σμικρῷ τῆς τοῦ περιέχοντος ὅλον τὸ σῶμα δέρματος. ὑπάρχει δέ τι καὶ ἄλλο τοῖς κατὰ τὸ στόμα μορίοις διττὸν, οὐχ ὑπάρχον τῷ δέρματι. τῆς τε γὰρ ἀηδίας τῶν προσαγομένων αἰσθάνεται φαρμάκων, ὑποκειμένους τε δύο πόρους ἔχει, δι' ὧν εἴς τε τὴν γαστέρα καὶ τὸν πνεύμονα καταῤῥυῆναί τι δύναται τῶν στοματικῶν φαρμάκων, ὁποῖόν ἐστι καὶ τὸ διὰ χαλκάνθου. καί τις ἰατρὸς οὔτε ἀσύνετος οὔτε ἄπειρος φαρμάκων δυνάμεως μίξας τοῦτο τῷ στοματικῷ πολὺ μὲν ἰσχυρότερον εἰργάσατο, βλάπτων δὲ ἱκανῶς, ὁπότε παρεῤῥύη τι πρὸς τὸν στόμαχον ἢ τὸν λάρυγγα καὶ ταῦτα μὲν εὐθέως αὐτὰ καὶ δι' αὐτῶν δὲ τὴν γαστέρα τε καὶ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν καὶ τὸν πνεύμονα. συνυπάρχει δὲ τῷ φαρμάκῳ καὶ ἡ κατὰ τὴν γεῦσιν ἀηδία, κατά τε τὴν χρῆσιν αὐτὴν ἀνιῶσα καὶ παραμένουσα δι' ὅλης ἡμέρας, ὡς κἀν

inventus. Alter vero a particulae quae curatur natura ipsi accedit, quum sciamus rariorem esse ac molliorem superficiem tunicae oris non paulo quam est cutis, quae totum corpus ambit. Inest autem et aliud quiddam particulis oris, atque id duplex, quod non adest ipsi cuti. Insuavitatem enim medicamentorum, quae adhibentur, sentiunt et duos meatus subjacentes habent, per quos in ventrem et pulmonem defluere quippiam ex stomaticis medicamentis potest, quale est et quod ex atramento sutorio conflatur. Et sane medicus quidam, sive imprudens sive inexpertus facultatis medicamentorum, ubi hoc miscuisset medicamento ori destinato, multo quidem fortius ipsum reddiderat, verum vehementer laedens, si quidem ad gulam aut asperae arteriae extremum quippiam forte fuisset praeterlapsum, atque haec quidem, ut statim occurrentia, per ipsa vero et ventrem et asperam arteriam et pulmonem. Adest autem medicamento ipsi circa gustum insuavitatis, quae tum usus tempore molesta est tum per totam perseverat diem, adeo ut etiam in

ταῖς ἐδωδαῖς εἶναι λυπηράν. τοῖς οὖν οὕτως ἰσχυροῖς τε ἅμα καί τινα δηλητηρίαν ἔχουσι δύναμιν οὐ προσήκει χρῆσθαι θεραπεύοντι τὰς ἐν τῷ στόματι διαθέσεις ἄνευ μεγάλης ἀνάγκης. οὐ γὰρ περὶ φλεγμονῶν μόνον εἰρῆσθαι χρὴ νομίζειν τὸν λόγον, ὅτι μηδ' ἐκ τῆς τούτων ἐνδείξεως εὕρομεν αὐτὸν, ἀλλὰ κοινὸν εἶναι πάντων τῶν κατὰ τὸ στόμα τὴν ἔνδειξιν ἐκ τῆς φύσεως τοῦ μορίου ἐσχηκότα. ταῦτ' οὖν ἐννοήσας ὁ τὸ διὰ χυλοῦ τῶν συκαμίνων φάρμακον συνθεὶς, πρῶτον μὲν ἕψησεν αὐτὸ μετὰ μέλιτος, ὅπως ἀποκείμενον [489] ἕτοιμον ἔχοι καθ' ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν, οὐ μόνον ἐκείνῳ τῷ καιρῷ, καθ' ὃν ἐκθλίψαντα τὴν ὀπώραν ἔστι τῷ χυλῷ χρῆσθαι. βελτίων (238) γὰρ μόνος ἐπὶ τῶν ἀρχομένων φλεγμονῶν, καί με πολλάκις οὕτως ἐπὶ τῶν τοιούτων φλεγμονῶν χρώμενον ἐθεάσασθε. διαρκέστερος δὲ ἰδίως ὁ μετὰ τοῦ μέλιτος σκευαζόμενος. ὠνόμασα δὲ αὐτὸν διαρκέστερον οὐ μόνον ὅτι ταχέως διαφθείρεται χωρὶς τῆς μετὰ τοῦ μέλιτος ἑψήσεως ἀποτεθεὶς, ὡς μηκέτι ἔχειν ἡμᾶς αὐτῷ χρῆσθαι κατὰ τὸν ἐφεξῆς χρόνον, ἀλλὰ καὶ ὅτι χρησιμώτερός ἐστιν

cibis accipiendis injucunda fit. Hujusmodi itaque fortibus et quae venenofam habent facultatem non convenit, uti ad affectionum oris curationem, nifi magna neceffitas urgeat. Neque vero de inflammationibus folum hunc fermonem intelligere oportet, quum neque ex harum indicatione ipfum invenerimus, fed communem effe de omnibus oris affectionibus intelligendum eft, ut qui indicationem ex ipfa partis natura habet. His igitur confideratis ab eo, qui medicamentum ex fucco mororum compofuit, primum quidem ipfum cum melle coxit, quo repofitum in promptu haberet per totum annum, non illo tempore folum, quo expreffo fructu fucco uti licet. Melior enim folus eft incipientibus inflammationibus, ideoque me faepe ipfo in hujusmodi inflammationibus uti vidiftis. Magis idoneus autem eft privatim cum melle apparatus. Appellavi autem magis idoneum non folum quod cito corrumpitur citra coctionem cum melle repofitus, ita ut fequenti anni tempore eo uti non poffimus, fed etiam propterea, quod utilior eft ad fequentia

ASHMOLEAN
OXFORD
MUSEUM

εἰς τοὺς ἑπομένους καιροὺς τῆς φλεγμονῆς ἄχρι τῆς παντελοῦς ἰάσεως. ὥσπερ γὰρ ἐν ἀρχῇ τῶν ἀπωθουμένων τὸ ἐπιῤῥέον ἐστὶ χρεία φαρμάκων, οὕτω μετὰ τὴν ἀρχὴν ἄχρι τοῦ τέλους μικτοῦ τινος ἐξ ἀμφοῖν, τοῦ τε ἀποκρουομένου καὶ τοῦ διαφοροῦντος. ἐπικρατεῖν δὲ χρὴ κατὰ μὲν τοὺς πρώτους χρόνους τὸ στῦφον, ἐπὶ δὲ τῆς τελευτῆς τὸ διαφοροῦν, ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τὴν τούτων ἰσομοιρίαν ὑπάρχειν ἀμφοῖν. ὅταν δὲ οἷον σκιῤῥῶδές τι λείπηται τῆς φλεγμονῆς, οὐδ' ὅλως χρὴ μεμίχθαι τῷ διαφοροῦντι τὸ στῦφον, ἐὰν κεκενωμένον εἴη τὸ σύμπαν σῶμα, οὐ μὴν οὐδὲ ἐν ἀρχῇ τῷ στύφοντι τὸ διαφοροῦν ἄμεινόν ἐστι μιγνύειν. ὁ δὲ τὸ διὰ τοῦ χυλοῦ τῶν συκαμίνων φάρμακον συνθεὶς ὀλίγον γε φαίνεται κρόκου τε καὶ σμύρνης αὐτῷ συμμίξας, κοινὴν μὲν ἐχόντων δύναμιν τὴν πεπτικὴν τῶν φλεγμονῶν, ἰδίαν δὲ ἑκατέρου· τοῦ μὲν κρόκου τὸ στῦφον, τῆς σμύρνης δὲ τὸ θερμαίνειν εἰς τοσοῦτον, ὡς διαφορεῖν ἱκανῶς. ἐξικνεῖται γάρ τοι μέχρι τοῦ βάθους τῶν σωμάτων ἡ σμύρνα μᾶλλον τοῦ κρόκου,

inflammationis tempora usque ad perfectam curationem. Quemadmodum enim in principio commoda funt medicamenta, id quod influit repellentia, fic poft principium usque ad finem medicamento opus eft ex utrisque mixto, repellente videlicet et difcutiente facultate praedito. Ac primo quidem tempore aftringens praecellere oportet, ad finem vero difcutiens, interpofito vero tempore aequales utrorumque partes effe convenit. Quando vero velut induratum quiddam de inflammatione relinquitur, penitus non convenit aftringens ad difcufforium admifcere, fi quidem totum corpus fit evacuatum. Atqui neque in principio bonum eft difcufforium aftringenti admifcere. Caeterum qui medicamentum ex fucco mororum compofuit, parum ex croco et myrrha ei commifcuiffe videtur, quod communem habeant facultatem concoctoriam inflammationum, privatam vero utrumque, crocus quidem, quod aftringat, myrrha autem, quod calefaciat in tantum, ut fufficienter difcutiat. Penetrat enim magis in altum corporum myrrha quam crocus,

λεπτομερῆ τὴν οὐσίαν ἔχουσα, καὶ ἐκ τούτου διττὴν ὠφέλειαν παρέχεται, συνεπαγομένη μέν πως ἅμα αὐτῇ καὶ τὰς τῶν μεμιγμένων δυνάμεις, ἐκθεραπεύουσα δὲ μέχρι τοῦ βάθους τὰ φλεγμαίνοντα. καὶ μέντοι καὶ συμπράττουσιν ἀλλήλοις ὅ τε κρόκος καὶ ἡ σμύρνη πρὸς τὴν εἰς τὸ βάθος δίοδον, ὁ μὲν οἷον ἐπωθῶν τὴν σμύρναν, ἡ δ', ὡς ἂν εἴποι τις, ποδηγοῦσα τὸν κρόκον. ὥσπερ γὰρ ἧττον ἔχει λεπτομερῆ τὴν οὐσίαν ὁ κρόκος τῆς σμύρνης διὰ τὴν στύψιν, οὕτως ἡ σμύρνα λεπτομερεστέραν ἔχουσα, θᾶττον μὲν εἰς τὸ βάθος διαπέμπει τὴν ἑαυτῆς δύναμιν, θᾶττον δὲ παλινδρομεῖ πρὸς τὸ δέρμα, συναναφέρουσα τὰ λεπτυνθέντα τῶν ἐν τῷ βάθει. τοῦτο οὖν αὐτῆς τὸ τάχος τῆς ἐπανόδου κωλύουσιν αἱ τῶν στυφόντων μίξεις, οὐ γὰρ δὴ μόνος ὁ κρόκος. ἔστι γοῦν ἐν τῷ διὰ μόρων ὀνομαζομένῳ φαρμάκῳ στοματικῷ τῶν τε συκαμίνων ὁ χυλὸς, οὐκ ὀλίγην στύφουσαν ἔχων ποιότητά τε καὶ δύναμιν, ἕτερά τε τῶν ἐπιμιγνυμένων, ὅταν ἰσχυρόν τις τὸ φάρμακον γενέσθαι βουληθῇ· ταῦτ' οὖν τὰ

utpote substantiam tenuium partium habens, atque ex hoc duplicem utilitatem exhibet, simul introducens quidem secum vires admixtorum et persanans usque in altum inflammata. Et tamen adjuvant se mutuo crocus et myrrha ad penetrandum in profundum, crocus quidem velut impellens myrrham, myrrha vero velut dux praecedens peditem, sequentem crocum, si ita dicere liceat, deducens. Quemadmodum enim crocus ob astringendi vim minus habet substantiam tenuium partium quam myrrha, sic myrrha substantia tenuiorum partium praedita citius quidem vim suam in altum transmittit, citius autem etiam ad cutem recurrit, simul secum efferens ea quae in profundo sunt attenuata. Hanc igitur recursus ejus velocitatem impediunt astringentium mixturae, non enim hoc solus facit crocus. Est itaque in medicamento stomatico ex moris appellato tum mororum succus, qui non modicam habet astringentem qualitatem et facultatem, tum alia quaedam etiam admiscentur, ubi quis validum medicamentum reddere velit. Haec

στύφοντα ποδηγεῖται μὲν ὑπὸ τῆς σμύρνης, συνεπωθεῖ δ' ἐκείνην αὐτὰ καὶ οὕτως ἀλλήλοις συμπράττει πρὸς τὸ μέχρι πλείονος ἐξικνεῖσθαι τὴν δύναμιν αὐτῶν. ἐθεάσασθε δέ με πολλάκις τῷ διὰ μόρων φαρμάκῳ κατ' ἀρχὰς μὲν μιγνύντα ῥοῦ χυλὸν ἢ ὄμφακος, ὃ καλοῦσιν ἰδίως ὀμφάκιον. εἰ δὲ μὴ παρείη ταῦτα, ῥόδων ἄνθος ἢ αὐτὰ τὰ ῥόδα ξηρὰ βαλαύστιόν τε καὶ κυτίνους καὶ σίδια ξηρὰ καὶ κηκίδα τὴν ὀμφακῖτιν ὀνομαζομένην, ἔτι τε τὸν τῆς πίτυος φλοιὸν καὶ τὸν τοῦ λιβανωτοῦ καὶ τὸν τῆς ὑποκυστίδος τε καὶ σχίνου χυλὸν καὶ συνελόντι φάναι τὰ στύφοντα πάντα χωρὶς τὴν φθαρτικὴν δύναμιν ἐχόντων, ἣν ὀνομάζουσι δηλητήριον, εἶδός τι τῶν θανασίμων οὖσαν. ἐμάθετε γὰρ ὡς οὐ πᾶν τὸ θανάσιμον εὐθύς ἐστι καὶ [490] δηλητήριον. ὥσπερ δὲ ἐν ἀρχῇ τῆς φλεγμονῆς ἡ τῶν τοιούτων μίξις ἰσχυρότερον ἐργάζεται τὸ στοματικὸν φάρμακον, οὕτως ὅταν στῇ τὸ ἐπιῤῥέον, οὐδενὸς τῶν τοιούτων ἐστὶ χρεία μόνον. ἀρκεῖ γὰρ τηνικαῦτα τὸ τοῦ κρόκου τε καὶ τῆς σμύρνης προσειληφὸς εἰς τὸ πέψαι

igitur aſtringentia deducuntur quidem per myrrham, quae viciſſim ab illis compellitur, atque ita ſe mutuo adjuvant, quo vis ipſorum amplius progrediatur. Vidiſtis autem ſaepe me ad medicamentum ex moris in principio quidem rhois ſuccum aut uvae acerbae ſuccum, quem proprie omphacium appellant admiſcere. Si vero haec non adſint, florem roſarum aut ipſas roſas ſiccas, balauſtium, cytinos et malicorium aridum et gallam omphacitin appellatam, amplius autem et pini corticem, itemque thuris et tum hypocyſtis tum lentiſci ſuccum, et ut compendio dicam omnia aſtringentia, praeterea quae corrumpentem habent facultatem, quam venenoſam vocant, et lethalium ſpecies quaedam exiſtit. Didiciſtis enim, quod non omne lethale ſtatim etiam eſt venenoſum. Quemadmodum autem in principio inflammationis harum rerum mixtura validius efficit medicamentum ſtomaticum, ſic quum reſtiterit quod influit nullo ejusmodi opus habet ſolo; ſufficit enim tunc id medicamentum quod crocum et myrrham aſſumpſit ad inflammationem concoquen-

τὴν φλεγμονὴν, ὡς ὁπόταν γε πεφθῇ, μίγνυμεν ἤδη τι καὶ τῶν διαφορούντων, ὡς ἐθεάσασθε πολλάκις ἐμβάλλοντά με τὸν ἀφρὸν τοῦ νίτρου καί ποτε καὶ αὐτὸ τὸ νίτρον, ὅσον ἐστὶ λεπτομερὲς, ὀνομαζόμενον ὑπὸ πάντων ἤδη βερενίκιον, ἔτι τε πρὸς τοῦτο καὶ θεῖον ὃ καλοῦσιν ἄπυρον, ἐνίοτε δὲ σίρον. ἐναφεψημένου αὐτῷ ποτὲ μὲν ὀριγάνου, ποτὲ δὲ ὑσσώπου, ποτὲ δὲ ἄλλου τινὸς τῶν ὁμοίων, οἷον γλήχωνος, θύμβρας, θύμου, καλαμίνθης ἡμέρου τε καὶ ἀγρίας. οὕτω μὲν ἄν τις αὐτῷ τῷ διὰ μόρων φαρμάκῳ καλῶς χρῷτο, τῷ ποσῷ τῶν καθόλου σκοπῶν, ἐξαλλάττων αὐτοῦ τὴν χρῆσιν. ἄχρι μὲν ἐπιῤῥεῖ τι, τοῦτο ἀποκρούεσθαι προσήκει. στάντος δὲ αὐτοῦ τὰ πέπτοντα προσφέρειν, εἶτα ἑξῆς τὰ διαφοροῦντα. δῆλον γὰρ ὅτι ταύτῃ χρώμενος τῇ μεθόδῳ καὶ ἐπιγινώσκων τῶν ἁπλῶν φαρμάκων τὴν δύναμιν οὐδέ ποτε ἀπορήσει βοηθημάτων, ἐάν τε κυνηγετῇ κατ' ὄρος, ἐάν τε καταπράττηταί τι τῶν κατ' ἀγρὸν ἔργων, ἐάν τε ἐν ὁδοιπορίᾳ ποτὲ τῶν παρεσκευασμένων ἀπορῇ φαρμάκων, ὡς Ἐρασίστρατος ἔγραψεν, ἐθεράπευσεν ἑαυτὸν ἐπὶ τὸν τοῦ βάτου

dam. Nam ubi jam fuerit concocta, addimus etiam aliquid ex difcufforiis, velut faepe vidiftis me injicere fpumam nitri et aliquando ipfum nitrum, quod tenuium partium exiftit et jam ab omnibus berenicium appellatur, ultra hoc etiam fulfur vivum vocatum, aliquando etiam fapam, origano quandoque incocto, interdum etiam hyffopo aut alio quopiam fimili, pulegio videlicet, thymbra, thymo, calamintha hortenfi ac agrefti. Hoc igitur modo quis recte utetur medicamento ex moris, fi juxta indicationum univerfalium quantitatem ipfius ufum permutet. Quousque enim quicquam influit, id ipfum repellere convenit; ubi vero reftiterit, concoctoria afferre et deinde confequenter difcufforia. Manifeftum enim quod per hujus methodi ufum, nemo qui fimplicium medicamentorum facultatem novit, unquam auxiliorum inopia laborabit, five per montes venetur five quid operetur in agro five in peregrinatione quandoque praeparatis careat medicamentis, velut Erafiftratus fcripfit, qui fe ipfum curavit ad rubi fuccum progreffus, quum in

χυλὸν ἐλθὼν οὐ παρόντος ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ τοῦ Ἀνδρωνείου. γινώσκων γὰρ ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ Ἀνδρώνειον ἐν τῷ στύφειν ἔχει τὸ κῦρος τῆς θεραπείας, ἐζήτησεν ὕλην στύφουσαν, οὐχ ὡς οἱ περὶ Σεραπίωνα καὶ Μηνόδοτόν φασιν, ἐμπειρικῇ χρησάμενος ὁμοίου μεταβάσει. κατὰ ταύτην γὰρ ὑμῖν ἔνδειξα πλείστην μὲν ἀνομοιότητα τοῦ χυλοῦ τοῦ βάτου πρὸς τὸν Ἀνδρώνειον τροχίσκον ὑπάρχουσαν, ὀλιγίστην δὲ ὁμοιότητα, καθ' ἓν μόνον τὸ στύφειν. ἀλλ' ὅ γε τὴν γενικὴν δύναμιν, ἣν καθόλου καλοῦσιν, ἐπιστάμενος, ἐν ἧπερ ἂν ὕλῃ ταύτην εὑρίσκῃ, θαῤῥῶν ἐκείνῃ χρῆται. πάμπολυ δὲ πλῆθος ὑλῶν τοιούτων, αἷς ἁπάσαις ἔνεστι χρήσασθαι μόνας φεύγοντα τὰς ἄγαν ἀηδῆ τινα δύναμιν ἐχούσας φθαρτικήν. οὕτως οὖν κἀγὼ τὸ διὰ τοῦ χυλοῦ τῶν χλωρῶν καρύων ἐσκεύασα φάρμακον, οὔτε ἰδών τινα τῶν διδασκάλων οὔτε γεγραμμένον εὑρὼν, οὗ τῆς δυνάμεως πεπείραμαι πολλῷ τῆς τῶν ἄλλων στοματικῶν δυνάμεως ὑπερεχούσης. ἄλλα δὲ λέγω τό τε διὰ τῶν μόρων καὶ τὸ διὰ τῶν βατίνων, οὕτω γὰρ ὀνομάσουσι τὸν καρπὸν τοῦ βάτου, καὶ τρί-

illo loco Andronius pastillus praesens non esset. Quum enim sciret pastillum Andronium in astringendo curandi dominium habere, materiam astringentem perquisivit, non velut Serapion et Menodotus ajunt, empirica transitione ad simile usus. Juxta hanc enim vobis demonstravi plurimam dissimilitudinem succi rubi ad pastillum Andronium esse, paucissimam vero similitudinem juxta unum solum, vim videlicet astringendi. Verum qui generalem facultatem, quam universalem vocant, novit in quacunque materia eam repererit, confidenter ea utetur. Hujusmodi autem materiarum ingens est acervus, quibus omnibus uti licet, ita ut solum fugiamus, quae vim quandam injucundam aut venenosam habent. Sic igitur etiam ego medicamentum ex succo nucum viridium praeparavi, nullo doctore usus neque aliquod praescriptum secutus. Cujus vim expertus sum multum aliorum stomaticorum facultatem excedentem, alia autem dico, id quod ex moris constat, et id quod ex succo fructus mori rubri praeparatur, ita enim rubi fructum appel-

του τοῦ διὰ γλεύκους καὶ τετάρτου τοῦ διὰ τῶν ῥοιῶν χυλοῦ καὶ πέμπτου διὰ τῶν στυφόντων μήλων, ὧν κάλλιστ' ἐστὶ τὰ κυδώνια καὶ τὰ στρουθία καλούμενα, καὶ μετὰ ταῦτα πρὸς τὴν προκειμένην χρείαν τὰ κεστιανὰ παρὰ Ῥωμαίοις ὀνομαζόμενα. σύνθετα δὲ ἐκ πολλῶν τοιούτων ἐστὶ τὰ διὰ τῶν ὀπωρῶν σκευαζόμενα.

Κεφ. β'. [Περὶ τοῦ διὰ καρύων στοματικοῦ.] Ἐγὼ δ' ὅτε πρῶτον ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπανῆλθον εἰς τὴν πατρίδα πορευθεὶς εἰς ἀγρὸν, εὗρόν τινα τῶν κηπουρῶν ὑπό τε σταφυλῆς καὶ παρισθμίων καὶ ἀντιάδων πνιγόμενον. ἐχρῆτο δὲ διακλύσματι μελικράτῳ, ῥόδων ἐνεψημένων ἐν αὐτῷ. θεασάμενος οὖν ἀκμάζοντα τὸν καρπὸν τῶν καρύων, ἐκέλευσα περιελόντας αὐτῶν τὸ ἔξωθεν λέπος, ᾧ καὶ [491] τοὺς βαφέας ἑωράκειν χρωμένους, αὐτίκα κόψαντας ἐν ὅλμῳ δι' ὀθονίου τὸν χυλὸν διηθῆσαι, μὴ γινώσκων ὅπως ἔχοι πάχους ἢ λεπτότητος. εὑρεθέντος δὲ ὑδατώδους αὐτοῦ καὶ λεπτοῦ κατὰ τὴν σύστασιν, ἀνακογχυλίζεσθαι προστάξας αὐτῷ τὸν κηπουρὸν, ἐπειδὴ πάνυ λεπτὸς ἐφαίνετο, προαφε-

lant, et tertium quod ex mufto, et quartum quod ex punicorum fucco, et quintum id quod per aftringentia mala componitur, ex quorum numero optima funt cydonia et ftruthia appellata et poft haec ad praefentem ufum quae ceftiana a Romanis appellantur. Caeterum compofita ex multis talibus funt quae ex fructibus praeparantur.

Cap. II. [*De ftomatico medicamento ex nucibus.*] Ego autem quando primum ex Alexandria in patriam meam redii, agrum pertranfivi et inveni quendam hortulanum ab uva et tonfillis ac glandibus fere fuffocatum, utebatur autem collutione aquae mulfae rofis in ipfa incoctis. Quum igitur vidiffem fructum nucum in vigore effe, juffi detractum ab eis externum corticem, quo etiam tinctores videram utentes, ftatim in mortario confundi et fuccum ejus per linteum excolari, nondum fciens quomodo juxta craffitiem aut tenuitatem haberet. Quum vero reperiffem aquofum et compage tenuem, gargariffare eum juffi ipfum hortulanum. Poftquam vero valde tenuis apparebat, praecoxi

ψήσας ἔμιξα μέλι σύμμετρον, ὡς ἐπὶ (239) τοῦ διὰ μόρων ἠπιστάμην μιγνύμενον, ἑψήσας τε μέχρι συστάσεως μελιτώδους, κατέλιπον χρῆσθαι τῷ κηπουρῷ. θεασάμενος δὲ ταχίστην τὴν ὠφέλειαν ἀκολουθοῦσαν αὐτῷ, βέλτιον ἡγησάμην ἐπὶ πολλῶν πειραθῆναι, κἀκ τούτου βάσανον ἱκανὴν λαβὼν τῆς δυνάμεως τοῦ φαρμάκου, διὰ παντὸς χρῶμαι, καθάπερ ἴστε. θαυμάζειν οὖν ἐπῆλθέ μοι τῶν ἔμπροσθεν ἰατρῶν, οὐδενὸς αὐτῶν ἐπινοήσαντος, εὐπορίστῳ τε καὶ γενναίῳ τῷ χυλῷ τούτῳ χρῆσθαι, καὶ ταῦτα μέντοι θεωμένων, ὅπως αἱ χεῖρες βάπτονται τῶν λεπιζόντων τὰ κάρυα τὰ χλωρά. φαίνεται γὰρ ἐκ τούτων ὁποῖός τις αὐτῶν ὁ χυλὸς καὶ δυσέκλυτος ὑπάρχει ἡ στύψις, ὥστε μηδὲ διὰ τῶν γενναιοτάτων ἐκπλύνεσθαι ῥυμμάτων. ἔτι δὲ μᾶλλον ἐθαύμασα τῶν ἰατρῶν εἰ καὶ τοὺς βαφέας ὁρῶντες, ὡς τοιούτοις χρωμένους τοῖς λέμμασι τῶν καρύων, οὐκ ἐνόησαν ἰσχυρὰν εἶναι τὴν δύναμιν αὐτῶν. εἰ μὴ γὰρ ἐγκατέβαινε τῷ βάθει τῶν χειρῶν ἢ δι' ὅλης διεδύετο τῆς οὐσίας τῶν ἐρίων, οὐκ ἂν ἦν δυσέκπλυ-

et mel commenſurate, velut in eo quod ex moris fit fieri ſciebam, admiſcui, atque ubi jam ad compagem mellis redactum eſſet, hortulano utendum reliqui. Porro quum viderem celerrimam utilitatem ipſi inde oboriri, praeſtabile ratus ſum in multis experiri, atque ex hoc ſufficiente experimento accepto de facultate ejus medicamenti ſemper ipſo utor, velut noſtis. Merito itaque mirandum nullum ex prioribus medicis aliquid de hoc medicamento mente concepiſſe, ut tum parabili tum generoſo hoc ſucco uterentur, maxime quum viderint quomodo etiam manus inficiantur eorum, qui virides nuces decorticant. Ex his enim apparet qualis ſit earum ſuccus et quod aegre elui poſſit ipſarum aſtringendi vis, adeo ut neque per validiſſima exterſoria elui queat. Amplius autem adhuc miratus ſum de medicis, quod non cogitaverint validam eſſe ipſarum vim, quum etiam tinctores videant ejusmodi nucum corticibus uti. Niſi enim in profundum manuum deſcenderet et niſi per omnem ſubſtantiam lanarum penetraret, non certe aegre eluibilis eſſet; quum vero deſcendat, indicat plane ſubſtantiam ſucci

τος. ἐγκαταβαίνουσα δὲ δηλοῖ λεπτομερῆ τὴν οὐσίαν εἶναι τοῦ χυλοῦ, μάλισα δὲ ὠφελεῖν εὔλογόν ἐστι τὴν στύψιν, ὅταν ἐν οὐσίᾳ τοιαύτῃ περιέχηται. τὰ γάρ τοι παχυμερῆ τῶν στυφόντων συνάγοντα τῇ στύψει καὶ πυκνοῦντα τὴν ἐπιφάνειαν αὐτῶν σωμάτων οἷς ὁμιλεῖ, μέχρι τοῦ βάθους τῶν σωμάτων ὁδοιπορεῖν ἑαυτὰ κωλύει. οἷς γὰρ καὶ ἄλλως διὰ τὸ παχυμερὲς τῆς οὐσίας ἀδύνατον ἦν ἐξικνεῖσθαι πρὸς τὸ βάθος, τούτοις ἔτι ἀδυνατώτερον πυκνωθέντος τοῦ σώματος ὅλον ὠφελῆσαι τὸ φλεγμαῖνον. ἄριστον οὖν εἶναι τὸν χυλὸν τῶν καρύων πεισθεὶς, ἑψηθέντος τε μετὰ τοῦ μέλιτος αὐτοῦ γευσάμενος, οὐδὲν ἀηδὲς ἔχοντος εἰς τέτταρας μοίρας ἀεὶ διαιρῶν, ἐμβάλλω μὲν αὐτίκα τῇ μιᾷ τῶν στυφόντων τι, τῇ δευτέρᾳ δὲ σμύρνης καὶ κρόκου καὶ τῇ τρίτῃ θείου ἀπύρου καὶ νίτρου. τὴν τετάρτην δὲ φυλάττω μόνην εἰλικρινῆ, παιδίοις τε χρήσιμον ἐσομένην διὰ τὴν γλυκύτητα καὶ τοῖς ἐκλύτοις τὴν γνώμην ἀνδράσι καὶ γυναιξίν. ἐγὼ μὲν οὖν ὑπὸ τοῦ λόγου ποδηγηθεὶς εὗρον ὥσπερ τὴν τῶν νευροτρώτων ἀγωγὴν, οὕτω καὶ τοῦτο τὸ φάρμακον ἁπάντων ἀμει-

tenuium partium esse. Rationi autem consentaneum est, astringendi vim maxime proficere, ubi in ejusmodi substantia contineatur; etenim quae ex astringentibus crassas partes habent, per astrictionem cogunt et condensant superficiem corporum quibus adhibentur et a progressu in altum ipsorum corporum sese impediunt; quibus enim etiam alias ob substantiae crassitudinem impossibile erat progredi in altum, his sane amplius impossibile fuerit densato corpore juvare id quod totum est inflammatum. Optimum itaque esse nucum succum persuasus, ut qui etiam coctum cum melle gustarim nihil insuave habentem, eum in quatuor partes divido et ad primam statim aliquid ex astringentibus injicio, ad secundam ex croco et myrrha, ad tertiam sulfuris quiddam ac nitri addo, quartam vero solam sinceram servo, pueris utilem futuram ob dulcorem, imo etiam viris ob delicias mente fractis et mulierculis. Ego quidem igitur a ratione inductus inveni, quemadmodum nervorum sauciatorum curationem, ita etiam hoc pharmacum, quod

νον. ἔστι μὲν γὰρ καὶ τὸ διὰ τῶν βατίνων ἰσχυρότερον τοῦ διὰ τῶν μόρων, ὥσπερ γε ταῦτο τοῦ διὰ τοῦ γλεύκους. ἁπάντων δὲ τούτων βέλτιόν ἐστι τὸ διὰ τοῦ χυλοῦ τῶν καρύων. ἐπὶ μὲν ἀρχομένων τῶν φλεγμονῶν ἅμα τοῖς στύφουσιν ἰσχυρῶς σκευασθὲν, ἐπὶ δὲ τῶν ἀκμαζουσῶν, εἰ κρόκου τι καὶ σμύρνης προσλάβοι, καὶ μέντοι καὶ μόνον ἐνίοτε δύναται τὰς μετρίας φλεγμονὰς ἰᾶσθαι. ἡνίκα δὲ διαφορεῖσθαι χρὴ τὸ σφηνωθὲν τοῦ τὴν φλεγμονὴν ἐργασαμένου χυμοῦ, μετὰ τῆς τῶν δριμέων μίξεως χρήσιμον ὑπάρχει. ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τίς μοι τῶν πενήτων ἰατρῶν, ἀγαπᾷν αὐτὸ εἰ πυξίδα μίαν ἔχοι πληρῶσαι τοῦ φαρμάκου σκευάσας ἅπαξ, ἐμὲ δὲ κελεύειν ἢ ἐξ ἀρχῆς εὐθέως τέτταρας αὐτοῦ ποιῆσαι συνθέσεις [492] ἢ μίαν ἀποθέμενον ἐκ μέλιτός τε καὶ χυλοῦ συγκειμένην ἐπὶ τῆς χρείας αὐτῇ μιγνύειν, ἄχρι μὲν ἐπιῤῥεῖ τι τοῖς φλεγμαίνουσι τὰ στύφοντα σφοδρῶς, ἐπειδὰν δὲ παύσηται, τὰ πέπτοντα, κενώσεως δὲ χρηζόντων τῶν ἐπιῤῥυέντων τὰ διαφοροῦντα· δύσεργον δ' εἶναι τοῦτο καὶ χαλεπὸν

omnibus praeftat. Eft equidem id quod ex rubi moris conftat validius eo quod ex moris fit, quemadmodum hoc eo quod ex mufto paratur. Omnibus autem his praeftat id, quod ex nucum fucco invenimus, in principiis quidem inflammationum cum his quae fortiter aftringunt confectum, in vigore vero croco et myrrha additis, quamquam etiam folum aliquando moderatas inflammationes fanare queat. Quando vero humorem, qui inflammationem produxit, impactum digerere ac difcutere oportet, cum acrium mixtura commodum exiftit. Verum dixerit fortaffis quispiam mihi ex medicis pauperioribus, fe amplecti quidem ipfum medicamentum, fi unam pyxidem expleri jubeam hoc medicamento femel praeparato, me autem praecipere aut ftatim a principio quatuor facere compofitiones, aut unam ex melle et fucco compofitam reponere, atque ufu expetente ei admifcere, usque quo quidem influxerit quippiam inflammatis, ea quae vehementer aftringunt, poftquam autem quieverit fluxus concoquentia, ubi vero evacuationem poftulaverint, ea quae influxerunt difcutientia, operofum autem

οἷς οὐκ ἔστιν οἴκοι παρασκευὴ τῶν ἁπλῶν ἁπάντων φαρμάκων· ἀλλ' οὐδ᾽ εἰς ὁδοιπορίας ἐπιτήδειόν με παρασκευὴν ὑφηγεῖσθαι, καθ' ἃς οὐχ οἷόν τε τέτταρας ἑκάστου φαρμάκου διαφορὰς ἐπιφέρεσθαι. διὰ τοῦτο οὖν καὶ ἐπινοήθη κἀμοὶ καὶ τοῖς πρὸ ἐμοῦ τὰ μέσα ταῖς δυνάμεσιν φάρμακα, πρός τε τὰς ὁδοιπορίας ἐπιτήδεια γεννησόμενα καὶ τοῖς πένησιν ἰατροῖς χρήσιμα. τίνα μὲν οὖν ἐστι ταῦτα μικρὸν ὕστερον ἐρῶ, νυνὶ δὲ ἀπαντῆσαι τῷ λόγῳ τῶν πενήτων ἰατρῶν βούλομαι. καθάπερ γὰρ αὐτοὶ τὴν πενιχρὰν παρασκευὴν ἐπαινοῦσιν, οὕτω χρὴ καὶ τοῖς πλουσίοις ἐπιτρέπειν αὐτοῖς ἀξίαν πλούτου παρασκευὴν φαρμάκων κεκτῆσθαι. γινώσκω γὰρ ἤδη που καὶ αὐτὸς οὐ μόνον ἰατροὺς πένητας ὄντας πολλοὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπ' αὐτῶν θεραπευομένους, οἷς ἀγαπητόν ἐστιν, ἐπειδὰν νοσῶσιν, χόνδρον ἅμα μελικράτῳ προσενέγκασθαι καὶ καθαρὸν ἄρτον ἔχειν ἤ τι τῶν εἰς κατάπλασμα χρησίμων ἀλεύρων. ἀλλὰ τὸν γεγραφότα θεραπευτικὴν πραγματείαν εὔλογόν ἐστιν ἁπάσης τῆς ὕλης μνημο-

hoc esse et difficile iis, qui domi non habent supellectilem omnium simplicium medicamentorum; imo neque ad peregrinationes me commodam confectionem exponere, in quibus impossibile sit quatuor uniuscujusque medicamenti differentias circumferre. Ob id igitur excogitata sunt tum mihi tum aliis etiam prioribus medicis medicamenta medias facultates habentia et ad peregrinationes idonea futura et pauperculis medicis utilia. Quae vero haec ipsa sint, paulo post referam. Nunc autem pauperum medicorum sermoni respondere volo. Quemadmodum enim ipsi exilem apparatum laudant, sic oportet etiam divitibus permittere ut confectiones medicamentorum pro opulentiae suae dignitate comparent. Satis enim scio etiam ipse non solum multos pauperes esse medicos, sed et qui ab ipsis curantur, quibus satis est, ubi aegrotent, alicam cum aqua mulsa accipere et mundum panem habere aut aliquam farinam utilem ad cataplasma. Verum eum qui curandi tractationem scribit, omnis materiae meminisse operae pretium est, quo

νεύειν, ὅπως τοῖς τε εὐποροῦσιν αὐτοῖς ὑπάρχῃ τεχνικῶς χρῆσθαι τοῖς τε πένησιν ἐκείνοις μόνοις, ὧν ἂν ἑκάστοτε τύχωσιν εὐποροῦντες.

Κεφ. γ'. [Περὶ τῆς τῶν μέσων συνθέσεως φαρμάκων.] Εἴπωμεν οὖν ἤδη τι περὶ τῆς τῶν μέσων φαρμάκων συνθέσεως, ἀπὸ τοῦ διὰ τῶν μόρων ἀρξάμενοι. κοινὸν δὲ αὐτοῖς ἐστι πρὸς τὰ μέσα τὴν συμμετρίαν ὁρίσαι τοῦ μέλιτος πρὸς τὸν χυλὸν, εὑρίσκεται δὲ αὕτη διὰ τῆς πείρας. ἀναμίξας γὰρ τῷ μέλιτι τὸν μιγνύμενον χυλὸν καὶ γευσάμενος, εἰ μέν σοι φαίνοιτο συμμέτρως ἔχειν, ὁμοίως αὖθις αὐτὰ μίξεις, εἰ δὲ ἐλλείπειν τι δοκοίη, προσθήσεις. οἷον εὐθέως ἐπὶ τοῦ τῶν συκαμίνων χυλοῦ τὸ πέμπτον εἰ μιχθείη μέλιτος, εἴη ἂν μέση κρᾶσις, ὡς ἑψηθέντος τοῦ φαρμάκου τοῖς πλείστοις μὲν ἀρέσκειν πάνυ τὴν μίξιν, ὀλίγους δὲ μέμψασθαι, τοὺς μὲν ὡς γλυκύτερον εἴη, τοὺς δὲ ὡς αὐστηρότερον. ὡς γὰρ καὶ τὸ μελίκρατον ἔνιοι μὲν ὑδαρέστερον, ἔνιοι δὲ γλυκύτερον ἥδιον πίνουσιν, οὕτω καὶ τοῖς φαρμάκοις ἑκάτεροι χαίρουσι κατὰ

tum divitibus copia fit ipfis artificiofe utendi tum pauperibus electio fit illarum tantum, quibus unusquisque pro opportunitate abundet.

Cap. III. [*De mediorum medicamentorum compofitione.*] Dicamus igitur jam aliquid de compofitione mediorum medicamentorum, initio ab eo quod ex moris conftat fumpto. Commune eft autem omnibus mediis ut congruens modus mellis ad fuccum ipfum decernatur. Invenitur autem hic modus per experientiam. Ubi enim fuccum ipfum cum melle mifcueris ac guftaveris, fi quidem apparuerit moderate habere, rurfus fimiliter ipfa mifcebis, fi vero deficere quid videbitur, addes. Velut exempli gratia, in mororum fucco fi quinta pars mellis addatur, medium fuerit temperamentum, ut hoc modo coctum medicamentum plurimis valde placeat et hanc mixturam pauci reprehendant, alii quidem velut dulciorem, alii vero ut aufteriorem. Quemadmodum enim aliqui aquam mulfam dilutiorem, aliqui dulciorem libentius bibunt, fic etiam his medicamentis

τὴν οἰκείαν φύσιν. ὅταν γοῦν τις αὐτῷ φάρμακον ἀξιώσῃ σκευασθῆναι, πάντως δεῖ που τεθεᾶσθαι τῷ μὲν γλυκυτέροις ἡδομένῳ πλέον τοῦ μέλιτος ἐμβάλλοντα, τῷ δὲ τοῖς ἐναντίοις ἧττον. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν καταπινομένων φαρμάκων στοχάζεσθαι χρὴ μάλιστα τῆς τῶν προσφερομένων αὐτὰ φύσεως. τὸ γὰρ ἀηδῶς ληφθὲν ἀνατρέπει τὸν στόμαχον. ἐπὶ δὲ τῶν στοματικῶν ἐγχωρεῖ καταφρονῆσαί ποτε τῆς τοιαύτης ἀκριβείας. ἡ τοίνυν μέση κρᾶσις, ὥσπερ ἔφην, τοῦ χυλοῦ πρὸς τὸ μέλι πενταπλάσιον ἐχέτω τὸν χυλὸν τῷ πλήθει. ἄκουε δέ μου προσέχων τὸν νοῦν ἀκριβῶς οἷς χρῶμαι ῥήμασιν ἐν τῇ πρὸς ἄλληλα συμμετρίᾳ τῶν μιγνυμένων φαρμάκων. ἄρτι [493] μὲν γὰρ ἐκέλευσα πενταπλάσιον εἶναι τῷ πλήθει τὸν χυλὸν τοῦ μέλιτος, οὐδὲν διαφέρον εἰ καὶ κατὰ τὸν ὄγκον εἴποιμι πενταπλάσιον εἶναι δεῖν αὐτόν. ὁποτέρως γὰρ ἂν ῥηθῇ, μετρῆσαι χρὴ τὰ μιγνύμενα φάρμακα. τῷ μέντοι σταθμῷ κελεύσαντός μου πενταπλάσιον εἶναι τόδε τὸ φάρμακον, τοῦδε διὰ ζυγοῦ χρὴ ποιεῖσθαι τὴν συμμετρίαν

utrique delectantur juxta propriam naturam. Quando igitur aliquis medicamentum fibi praeparari poftularit, femper utique vidiftis me ei, qui dulcioribus delectatur, plus mellis injicere, qui vero contrariis minus. In medicamentis igitur quae deglutiuntur, maxime conjectare oportet naturam eorum qui ipfa fument; quod enim cum moleftia aut injucunde acceptum eft, ftomachum fubvertit. In medicamentis autem ftomaticis ejusmodi diligentiam aliquando contemnere licet. Medium itaque temperamentum, velut dixi, fucci ad mel, quintuplum habeat multitudine fuccum. Audito autem me diligenter animadvertens quibus utor verbis in fymmetria, feu commenfuratione medicamentorum, quae invicem mifcentur. Jam etenim praecepi quintuplum effe debere multitudine ipfum fuccum ad mel, quod nihil differt ab eo fi dicam, mole quintuplum effe ipfum oportere, utrovis enim modo dicatur, menfurare oportet medicamenta permifcenda. At vero fi pondere jubeam quintuplum effe hoc medicamentum, per lancem utique facere oporteat fymme-

τοῦ βάρους αὐτῶν. ἄχρι μὲν οὖν τῆς τοῦ χυλοῦ πρὸς τὸ μέλι μίξεως, οὐκ ἀναγκαῖόν ἐστι κοτύλης ἢ κυάθου μνημονεύειν, ἀλλ' ἀρκεῖ φάναι πενταπλάσιον εἶναι χρῆναι τὸν χυλὸν τοῦ μέλιτος. ἐὰν δέ τι τούτοις μιγνύῃς ἄλλο τῶν εἰρημένων ἀρτίως ἀναγκαῖόν ἐστιν εἰπεῖν, ὁπόσοις οὖσι κατὰ τὸν ὄγκον αὐτοῖς ὁπόσον μίξεις ἐκείνων, ἐπὶ ζυγοῦ στήσας, οἷον ἐπ' αὐτοῦ τοῦ διὰ τῶν μόρων ἐν τῇ τοῦ Καππάδοκος Ἥρα βίβλῳ φαρμακίτιδι, μέλιτος μὲν ἐμβάλλεται λίτραν α'. τοῦ χυλοῦ δὲ τῶν μόρων λίτρας ς'. ἐπιμίγνυσι δ' αὐτοῖς <ʒ α'. τοῦ κρόκου, τῆς δὲ σμύρνης τὸ διπλάσιον. ἴσον δὲ τῷ κρόκῳ βάλλει καὶ τοῦ χυλοῦ τῆς ὄμφακος, ὅπερ ὀμφάκιον ὀνομάζεται, καὶ τούτου (240) πάλιν ἥμισυ τῆς σχιστῆς στυπτηρίας. ἐμοὶ δὲ ἀρέσκει πενταπλάσιον μὲν τοῦ μέλιτος βάλλειν τὸν χυλὸν, ἴσον δὲ κρόκου τε καὶ σμύρνης ἑκατέρου <ʒ α' S''. ὥστε ἐξ ἀμφοτέρων τὰς τρεῖς συνάγεσθαι. τοῦ δὲ ὀμφακίου βαλὼν μέν τις καὶ οἴνου αὐστηροῦ κοτύλην μίαν, ὡς ὁ Ἥρας ἀξιοῖ. καλῶς ἂν μίξῃ <ʒ α'. εἰ δὲ χωρὶς οἴνου σκευάζοιτο, πολὺ πλέον ἐμβάλλειν αὐτοῦ προσ-

triam gravitatis ipſorum. Caeterum ad permixtionem ſucci ad mel non eſt neceſſarium heminae aut cyathi meminiſſe, ſed ſufficit dicere quintuplum eſſe oportere ſuccum mellis reſpectu. Si vero quid aliud his admiſcendum ſit ex dictis paulo ante, neceſſarium eſt dicere, quota quantitatis mole ipſis exiſtentibus quantum addendum ſit illorum in lance appenſorum. Velut in ipſo adeo medicamento ex moris in Herae Cappadocis medicamentario libro, mellis quidem conjicitur ℔ j, ſucci autem mororum librae ſex, admiſcet autem ipſis croci ʒ j, myrrhae duplum, par etiam croci pondus conjicit ex ſucco uvae acerbae, atque ejus dimidium ex alumine ſciſſo. Mihi vero placet quintuplum ſuccum ad mel conjicere, par autem pondus croci et myrrhae, utriusque ʒ j et dimidiam, ita ut ex utrisque tres drachmae conflentur. Quod ſi quis omphacium addat et vini auſteri item heminam unam, velut Herae videtur, recte ſane ʒ j omphacii addet. Si vero citra vinum praeparetur, multo plus de ipſo

